694

Secunda Pars Urselmi de Universo.

N. Inv. 694.

In nomine domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo quarto indictione secunda die [illegible]
mensis Augusti hora nona vel quasi pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii divina providentia
pape noni anno quinto in maiori civitate Pragensi in domo habitationis mei notarii publici infrascripti site in platea
sancti Valentini in mei notarii publici infrascripti et testium presentia subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum constitutus
personaliter honorabilis vir dominus Pesoldus denominatus [illegible] Pragensis [illegible] in artibus alme universitatis studii
Pragensis [illegible] circumspecti viri Reynhardi civis dicte civitatis Pragensis sanus mente et corpore compos
tamen existens nesciens quid sibi futura pariat dies [illegible] quidem viget in corporis membris quies et vivax viget
mentem [illegible] adeo languor obnubilat et [illegible] temporalium [illegible] eripit ipsi
[illegible] oblivisci conditionis humane fragilitatis [illegible] periculum cupiens [illegible] et [illegible] ac
remedio anime sue providere intendens [illegible] et [illegible] felici commercio commutare
de rebus et bonis a deo sibi collatis et [illegible] persone sue acquisitis suum nuncupativum testamentum condendo
melioribus modo via iure et forma quibus melius et efficacius fieri potest et debet fecit constituit ordinavit
ac creavit suos veros et legitimos ac indubitatos testamentarios et sue ultime voluntatis executores honorabiles
ac honestos viros dominos Johannem [illegible] denominatum rectorem altaris sancti Nicolai [illegible] prothi-
[illegible] regnum [illegible] ante [illegible] dicte civitatis Pragensis [illegible] et dominos [illegible] sponte suscipientem
[illegible] altaristam [illegible] sancti Nicolai [illegible] dicte maioris civitatis Pragensis et Ottonem [illegible]
[illegible] civitatis Pragensis presbiteros absentes tamquam presentes et quemlibet ipsorum in solidum ita quod non sit melior conditio
occupantis sed quod [illegible] ipsorum inceptum fuerit [illegible] seu alios [illegible] mediante et finiri [illegible] et concedens
eisdem executoribus suis testamentariis suis ac heredibus ipsius ultime voluntatis [illegible] ut dicebat plenam
[illegible] obtinebit plenam liberam et omnimodam potestatem ac speciale mandatum de omnibus et singulis rebus
[illegible] acquisitis que
et bonis mobilibus sive immobilibus a deo sibi collatis et [illegible] persone [illegible] habebit et possidebit [illegible] rebus
[illegible] tenet habet et possidet et in futuro [illegible] disponendi legandi donandi et [illegible]
[illegible] quocumque nomine sive vocabulo [illegible] ordinandi disponendi [illegible] et melius ac [illegible]
et debitis omnibus et singulis [illegible] creditoribus sive debitoribus
[illegible] anime sue [illegible] debiti [illegible] ut [illegible]
[illegible] iudice seu iudicibus ordinariis [illegible] delegatis subdelegatis [illegible] et
[illegible] et ordinandi [illegible] ultime voluntatis
[illegible] Pesoldus [illegible] et ordinare ac ultime voluntatis
[illegible] plenam voluntatem [illegible] dictus Pesoldus [illegible]
[illegible] obtineant [illegible]

Scientia de universo. Et quid intelligitur nomine universi.

Scientia de universo dicitur secundum duas intentiones, quarum altera est philosophia completa ex aggregatione omnium scientiarum philosophicarum, quemadmodum universum aggregatum est ex omnibus quae sunt, et eius totalitas non est nisi collectio omnium eorum. Hoc autem manifestum est ex comparatione: quemadmodum se habet universum sensibilium ad totum aggregatum ex omnibus sensibilibus, sic scientiarum una quaeque ad scientiam aggregatam ex omnibus. Hoc autem est ut iam dixi philosophia completa in totalitate sua. Huius nobis exemplum est scientia de triangulo et scientia de circulo, quae partes sunt indubitanter geometriae completae, quemadmodum triangulus et circulus partes sunt universi per geometriam mensurabilis seu cognoscibilis. Cum numerus et magnitudo continua ad aggregatum ex ambobus, et eodem modo scientiae de his ad scientiam aggregatam ex ambabus se habent. Altera vero intentione scientia de universo est scientia de ipso per modum quo est universum, hoc est de his quae sunt ei per modum istum, videlicet quantum est universum, [illegible] et [illegible] et consequatur inquisitione per sententias probationum et declarationum per quas acquiritur tibi certitudo eorum, si deus voluit. Quod scientia sit pars scientiae primae sapientialis ac divinalis magisterii propter duas causas.

Dico igitur imprimis quod universum non intelligo hic nisi universitatem creaturarum, et sive dicatur universum sive omne sive mundus simpliciter, hoc est absque determinatione additionis, una est intentio apud me trium istorum. Ista ergo scientia de universo pars ista est scientiae de omnibus scientiaque divinalis; similiter scientia una est et est pars scientiae primae sapientialis ac divinalis magisterii. Hoc autem est propter duas causas, quarum altera est honor et gloria creatoris, qui est finis principalis et ultimus totius sapientialis divinalisque magisterii. Propter hunc finem enim philosophantes in rebus huiusmodi soli recte vereque philosophantur in illis. Non enim hac de causa sola investiganda sunt magnalia ac mirabilia creatoris ut cognoscantur, quin potius ut ipse magnificetur et agnoscatur esse deus ac dominus seculorum, et suadeatur philosophantibus vel potius ingeratur cordibus eorum honorificentia cultus ipsius. Cognitio quippe sola et enarratio laudum atque magnalium ipsius non ei debetur nec sola perficit animas nostras. Sublimitas atque sinceritas ultimae venerationis est ei debita propter supereminentiam gloriae suae et altitudinis, et animabus nostris debita est sicut nobilis perfectio earum, et ipsa etiam est humanae vitae decor virtutum et decus [illegible]. Animas quoque iam vidisti quod qui sic philosophantur et animas suas in [illegible] decipiunt et contra ipsam veram philosophiam quinque modis peccant. Primo quia vacuam eam faciunt et inanem ab eo quo potissimum commendari debet, scilicet gloria seu glorificatione creatoris. Secundo quia sterilem eam faciunt a fructu suo, qui est remuneratio felicitatis aeternae quae in novissimo expectatur. Tertio quia deformem eam faciunt ac detruncatam, sine ab ea huiusmodi detruncatae, cum praecipua eius pulchritudo ac speciositas in hoc fine consistat, quemadmodum si pavo decaudetur, cuius pulchritudinis pars maxima in cauda consistit. Quarto stultam eam faciunt quantum ad se ipsos [illegible]

prima causa

philosophia

notitia creatoris sufficit [illegible]

philosophantes male quinque modis peccant

magis ex ea stulti quã hec sapie
tes efficiant / ex ea quippe stulte
no(n) sapient(er) viuut (et) operant(ur)
Contra iniuriosam (et) contumeliosam
illam deo efficiunt dum illud gl(ori)e sue
sue carissime applicant gl(or)ificatu(m)
ex illa vanit(er) (et) no(n) creatorem gl(or)i
ficat(ur) generatio(n)e congrua requiren
tes hui(us)mo(d)i (er)go ho(m)i(n)es no(n) philozophos
ben(e) no(m)i(n)is (sed) philozophoru(m) symi
as ridiculosissimas quantu(m)q(ue) ibi sit
reputato (.) Secu(n)da causa e(st) destruct(i)o
erroru(m) qui sunt circa vniu(er)sum sine de
vniu(er)so erroru(m) iniquitu(m) quibus decia
tur ab hijs veritatis (et) se(n)tentis natu
di(spo)ni(bus) p(ro)p(ri)as ad hunc fine(m) (secundu)m vere
philozophationis venit / Sunt eciam
isti errores quibus eo usq(ue) gl(ori)e dei
contradicit(ur) ut vel diminuimus deus
(et) no(n) i(n) ultimate p(er)fectionis p(er)fect(us) putet(ur)
vel indignus om(n)i gr(ati)arum actione et
q(uod) honorificat(ur) ut pote qui n(on) aliud
n(on) alit(er) possit vel nu(n)q(uam) potuit facere
q(uam) faciat vel qui o(m)i(n)o no(n) curet q(uod)
agat(ur) in rebus h(umani)s aut qualit(er)
(et) isto errore inuoluerit se qui eius
curam (et) p(ro)uidentia(m) i(n) rebus h(umani)s
vel circa eas ex penitus negauerunt
Sunt (et) alij errores quibus (et) o(mn)is
lex contradicit (et) eisdem abomina(bi)le
q(uod) contradicat n(on) contenti fuerunt
h(uius)mo(d)i errone(e)i sic i(n) inni(m)e gl(ori)am dei
(et) enacuare (sed) (et)iam auctoritat(em) ip(s)i(us)
qui circa vniu(er)so et(er)nitate attribuere
ausi sunt (et) p(ro)bationibus sch(ilice)t p(ro)
se astruere attemptauit Manife
stum igit(ur) e(st) q(uod) errores istos destruere
(et) contradictionib(us) hui(us) destruere mo(d)i
erroneoru(m) inde q(ue)stiones q(uod) eoru(m) dis
soluere veritate q(uod) cont(ra)ria(m) astruere
p(ro)p(ri)as p(ro)positi e(st) intentionis mee
ac desiderij in hoc tractatu si deus
voluit Quod dicit(ur) vniu(er)sum (et)
vni(us) i(n) (et) duobus stabilit et error
manicheorum sit destruct(us)

de vnitate ca(usa)tor(um)

Dico igit(ur) q(uod) vniu(er)so
e(st) vnitas q(ue) (et) e(st) dicitur p(ri)ncipium (et) actori
eius qui e(st) b(e)n(e)dictus deus (et) sublimis
qui ip(s)e e(st) vnius (et) qui no(n) e(st) ei alter
contrarius (et) hunc declarabo tibi p(er)
v(er)ias demonstracion(um) p(ro)bationu(m). no(n) q(ue)
admodum i(n) p(ri)me p(hilosoph)ie p(ri)ma p(ar)te
declaraui(t) (sed) p(ro)bationibus facilimis
(et) pene volgaribus quibus errores
auctores (et) inuentores volgares.
h(ic) e(st) breuis intellectus (et) pauce exercita
cionis ho(m)i(n)es seduxerunt (et) h(ic) e(st) error
p(ri)m(us) cui(us) destruct(i)o(n)i(m) intendo i(n)
h(oc) p(ri)mo capitulo h(ic) (er)go error ortum ha
buit a regione p(er)sidis (et) auctor eius
dicitur e(st) manich(eus) vnde (et) sequaces
eius manicheos nominat gens la
tinoru(m) recepit error iste (sed) eius ip(s)a le
ge p(a)uc(i) eoru(m) sunt q(uod) (et) e(st) adhuc non
solu(m) p(er)niciosissimus (sed) e(st) (et)ia(m) pestilentissimus
qui a (christ)ianis p(er) ip(s)um gladio (et) igne p(er)seq(ui)
(et) exterminare usq(ue) hodie no(n) desistit
Hoc aut(em) in(ter) gens hebreoru(m) aut
sarracenoru(m) factu(m) si apud eos i(n)ue
niret(ur) / Hic (er)go seductor (et) falsiloq(uus)
posuit duo ee p(ri)ncipia duos ee
deos (et) no(m)i(n)auit alt(eru)m deu(m) lucis (et)
deu(m) benignu(m) alt(eru)m v(er)o deu(m) tene
brarum (et) deu(m) malignu(m) Sic posuit
(et) duo vniu(er)sa duoru(m) regna duas
etia(m) gentes (et) vocauit eas i(n) p(re)dic
tas no(m)i(n)ationes gente(m) lucis (et) gen
te(m) tenebraru(m) Regnu(m) lucis (et) regnu(m)
tenebraru(m) Substancias etia(m) diuisit
i(n) p(ri)mo modo istu(m) (et) q(uas) g(re)ci vocant
endemonas latini v(er)o angelos bo
nos dixit a deo bono (et) p(ri)ncipe luc(is)
creatos eiusq(ue) ministros ee (et) (et) eos aut(em)
cacodemones latini v(er)o angelos
malos vel dyabolos posuit a p(ri)nci
pe tenebraru(m) (et) deo maligno crea
tos ee eiusq(ue) ee ministros ad o(mn)ia
mala p(ro)niss(i)mos atq(ue) p(ro)ntissimos
posuit q(uod) (con)trarietate int(er) p(ri)ncipes istos
(et) bellu(m) no(n) solu(m) p(er)petuu(m) (sed) e(st) (et)ia(m) eternu(m)

Manicheus
duo p(ri)n(cipi)a pos(uit)

P(ri)mo tractat(us) libri

z mit retina z gentes eas. Est z ali
a delirimenta immabilia eorp dig
ni mlti erroris istius quos psequi
no e intencionis mee hic Radices
erroris manicheorum extirpare
p raciones methaphisicas

Superius igitur contra radices ipsaz
ac radicale fundamentum erro
ris istius disputandum erit
dico ergo quod cum erronei ista po
nant duo principia z illa co
traria z equalia p omnia atque coe
qua z eterna ncce habent conseqnter
ponere utrumque esse ncce per se z propter
hoc simpliciter multitate simplicitatis
Si enim aliquo modorum alterutrum esse
compositum esse contrarietate possibile z propter
hoc haberet aliquas partes quarum neutrum eorum
esset principium simpliciter cum utrumque haberet mul
ta priora scilicet partes suas sine compoui
cia sua omnes enim partes z omnia compo
nentia priora sunt toto suo composito
mit Amplius neutrum eorum erit ncce esse per
se secundum hoc immo utrumque erit possibile
esse per se cum utrumque sit causatum a suis
partibus componentibus totalitatem
ipsius omne enim compositum quolibet mo
dorum causatum e partium ex quibus consis
tit totalitas ipsius et a compositione
adunantis seu aggregantis partes illius
z adducentis in totalitatem ipsius ficut
ante declaratum e in prima parte prime phi
losophie quia omne huiusmodi causa
tum e possibile esse per se z etiam recipiens esse
super se quod e aliud ab ipso z propter hoc ni
co est potencia z sive possibilitas quoniam
e ei accidens hoc e adueniens ei z re
ceptum ab ipso super totam completam es
senciam suam esse enim omne quod datur
a causa huiusmodi suo causato separabile est
ab eo saltem intellectu z omne receptum
a suo recipiente z quamvis omne esse cum
cum sit aliud a suo ente separabile
e ab ipso eo modo quo diximus De
aut a quo eius esse separabile e non

hoc illud nisi possibilitas sive potencia
z ita non habet illud ea ncitate qua ali
quid dicitur ncce esse per se Manifestum igitur
e quod neutrum duorum istorum principiorum e
ncce esse per se Amplius si utrumque e ncce esse
per se utrumque erit simpliciter in ultimitate
simplicitatis in neutro igitur aliquid
erit esse eius quod non sit ipsum Cum igitur
bonitas z malicia sint in eis esse
ernentate alterum erit sua ipsa bonitas
alterum non sua ipsa malicia Necce ergo
per se aut dicetur univoce de ambobus
aut equivoce quod si equivoce quidque igitur
erit alterum prius quod e ncce esse per se sive per
suam essenciam erit z alteri quere si alte
ri e bonitas prior quod e ncce esse per se
erit simpliciter z alterum de malicia eodem modo
se habere ncce e quare vel utrumque erit bo
num essencialiter vel utrumque malum vel utrum
que bonum z malum simul Amplius si univoce
dicitur de eis ncce esse per se declaratum ante
e alibi quod ncce esse per se ullo modorum
potest esse nisi primo ncce est ipsum esse simpliciter
in fine unitatis z ultimitate modum tene
quod non potest esse nisi unum uno Nullo modo igitur
erunt duo ita quia vel esse ad illa
etiam si dixit quis quia equivoce dicitur
de illis manifestus e error eius cum
non dicatur ncce nisi a non cessando
Necce enim per se verissima declaracione
e quod non cessat esse z hoc e ei per se hoc e
non aliunde hoc autem e dicere a non esse
continuum e non habens abscisione
vel interrupcione in suo esse z hoc est
ei non aliunde propter ipsa continuitas
essendi seu permanendi quantum ad unita
tate Si non dicitur ncce per se de eis equivo
ce secundum quantum ad illud quod e per se sicut
per se sonat in negacione solam ut
eius intencio sit hoc scilicet non aliunde Ma
nifestum e quod negacio ista univoca dic
cione dicitur de ambobus Cuius in
tencio eius e firmitas essendi quod

modum accidit. Dico in ratione substantie vel
nature modum illum. Dico quod non fit dictio
de eis nisi univoce. Utrumque enim est
una intentione, firmum in suo esse,
et neutrum sit pendens ab alio
neque dilabens aut diffluens
in corruptionem sive in non esse, ipsum
id esse accidentaliter dicatur. Certum enim
non recipit intellectus quod de eis dicatur
equivoce, nec est possibile intellectui huma-
no compatiantur propter ternio et distolo con-
tingere vel sophisticare ibi equivoca(tionem)
nisi fortassis hic delirare voluit.
Quod de alio sic dicatur ut signi-
ficet bonitatem et de alio sumitur
ut significet malitiam, quia ens et
bonum primum contrarium. Unde omnis
ens et malum primum contrarium. Alio mo-
do patefaciam autem tibi precedentes
probationes antequam incipiam destru-
ere. Manifestum enim per se est quod quid-
quid inest Socrati philosopho quod est homo est
et cuilibet alio individuorum eiusdem
speciei, quare quidquid inest principio
malo philosophi quod est nature esse per se in-
est et principio bono philosophi ipsum sine
esse esse per se communiter et univoce dicatur
de ambobus ut homo de Socra-
te et aliis individuis eiusdem speciei,
quare si alterum est malum philosophi quod
est nature esse per se erit et reliquum malum
per eandem rationem. Omnis et bonum quare
utrumque erit et bonum et malum. Et
si nature esse per se singulare est et proprium
et individuale accidio idem et per ea-
dem viam quemadmodum si dicatur quod
album plus quam est Socrates est homo erit
et medicus propter eandem causam hec.
Iam ergo feci tibi certitudinem proba-
tionum istarum. Error Maniche-
orum alia via destruitur, scilicet ens de
duobus principiis quod ponunt dicatur equivoce.
Veneratur igitur inter iuxta premissa
ad destruendum istam diversitatem

diversitate qua erroneus iste delirat
ens de utroque istorum principiorum dici
equivoce et alia intentione ipsam enti-
tatem michi aliud esse quam ipsam bo-
nitatem. Dico igitur quia ipse ponat
bonitatem et malitiam contrarias vera
contrarietate, necesse est ut ponat eis genus
commune. Quod si ipsum ens non est eis
commune, quod indubitanter est omnium communissimum,
multo fortius nichil aliud erit eis
nature. Amplius contraria circa idem habent
natura esse et fieri. Cum ergo nobis contra-
ria sint bonitas et malitia et erunt
et fient contrarietate circa idem subiectum.
Idem magis vel genere ut album et ni-
grum circa superficiem et sanum et egrum
circa corpus animatum vel circa idem specie
ut eadem sanum et egrum circa eundem
hominem. Contrarietate ergo communicatum genus
aliquod bonitas et malitia. Amplius mani-
festum per se quod utrumque communicat rationem
substantie prout substantia generali intentione acci-
pitur ut dicatur de omni eo quod propria fir-
mitate sic stat ut non indigeat
fulcimento aut sustentatore subiecto
per modum quo accidens dicitur indige-
re subiecto. Quod si rationem substantie communicat
ergo et ipsam substantiam et nomen eius. Amplius
substantia nullus sermo erit aliis hominibus
cum homo iste erroneus cum ipsis aliis
rationibus et intentionibus omnis sermo
sermones accipiat qua alii homines.
Si enim equivoce dicitur vel ponitur ab
utro hoc nomine ens equivocabit eodem
errore et alia quare ponet eis ma-
gnificationes et intentiones quas
nec recipit nec capit intellectus hominum
aliorum. Amplius non effugiunt quin con-
veniunt et convenientes communiter dicantur de utro-
que eorum sententia declarare potest ... sub
ente in quantum quedam sit aliis communia et
quedam nulli. Contrariorum vero nullum est
nocens et nullum non enti commune. Cum

go dica[r] qualiter de his contrarium eius
non superius sit ad id quod contrarium ma
nifestum est quod ens quod dicet[r] de ill
Amplius unum ex necessitate quod dica[r] de
illis aliquin non vere dicent[ur] duo
nec essent nisi utrumque esset unum. Amplius
quod est id vel intencio unius nisi ipse
indivisum et ab his divisum divisio
ne que ei conferunt. Nemo autem
dubitat quin hoc id utrique conveniat.
Amplius nec duo principia nec duo dii
vel essent vel dici possent nisi prin
cipium et deus univoce de his dicetur
quemadmodum nec duo canes vel dicit[ur]
animal gressibile terrestre et piscis. No
mine enim sic posito hec enumeracio
one non potest univocari intellectus
enumeracione eo quod non contingit actu simul
intelligere divisa falso autem dica[r] duo
animalia sunt duo canes. Quia et falsissime
duo asserunt vel duo esse principia vel
duos deos si deus et principium enumeracione
dicantur de ipsis. Amplius quod omnia alia
univoce dicun[tur] de eis sicut ens et necesse
esse per se equivoce solummodo dicen[tur] de eis
Rex enim univoce dicitur de ambobus similiter
et princeps. Similiter et regnum et principatus
de regnis eorum et principatibus. Similiter
regens dirigente lumen et dirigente tene
bras. Similiter et angelus de angelis
bonis et angelis malis. Eodem modo et
substancia de substanciis bonis et substanciis malis
necesse est ut illa suprema omnia videlicet
deus deus et necesse esse per se dicantur de
eis univoce quod sic manifestum est tibi
quod impossibile est quidquam eos posuisse su
perius divinius cum necesse esse per se non
dividitur vllo modorum nec si quod ali
quo genere quantitatis in latitudinem que
sit in illa essencia[r] id est que sit hic et hoc
Amplius omne ens aut pure bonum aut
pure malum aut neutrum ita ut omnino

sit immune a bonitate et malicia
a quo autem sit impartibile per omnem mo
dum et simplex in ultimitate simplicitatis
non potest esse mixtum ex bono et malo
cum omne mixtum potencia[r] sit co
positum ex eis ex quibus mixtum est
quemadmodum oximel est ex melle
et aceto cum etiam omne mixtum pos
terius sit naturaliter utroque eorum ex quibus
mixtum est. Restat igitur ut necesse esse
per se sit per unum trium modorum quos
dixi tibi scilicet ut sit vel pure bonum
vel pure malum vel seorsum omnino a bo
nitate et malicia. Quod si fuit pure
bonum neutrum igitur duorum principiorum secundo
rum erit pure ~~bonum~~ malum vel essen[ci]
cia malum cum necesse esse sit pure
bonum per eandem viam manifestum
est quod si fuit pure malum necesse est
neutrum duorum istorum principiorum erit
pure bonum cum enim utrumque eorum sit
in se ipso et essen[cialiter] necesse esse per se erit utrum
que ex necessitate pure malum cum ipsum necesse
esse in se ipso sit pure malum. Si non
necesse esse per se est seorsum in se ipso a bonitate
tate et malicia cum necesse esse per se sit
totum esse utriusque ipsorum. Amplius cum utrum
que ipsorum similiter sit in ultimitate simpli
citatis et non habens nullo modorum
partem et partem manifestum est quod neutrum
ipsorum habet aliquid essenciale preter ipsum
esse et quod est et quo est. Quare cum conveniunt
univoce ipsum necesse esse per se nichil
habet alterum essenciale preter ipsum esse quod non
habeat et reliquum. Si igitur bonitas est
essencialis alteri erit essencialis ex ne
cessitate ambobus et de malicia si
se habet erunt igitur ambo ex necessitate essen[cialite]r
bona vel essen[cialite]r mala. Impossibile igitur est
ut alterum sit essen[cialite]r bonum alterum essen[cialite]r
malum. Amplius manifestum est quod est non
habet contrarium aut oppositum in non esse vel ali
quid eorum que ad non esse dicantur

oximel

q potius esse medium inter esse et non
esse quam ipsum esse contrarium qualia
sunt mori deficere corrumpi et similia
quorum unumquodque via est a divino esse et me
dium per quod venitur ad illud Iam
aut didicisti quod dignius est nomine
contrarii extremum quam aliquod extra me
dium et quia vera contrarietas non
est inter extrema tunc contrarietas
verissima ratione et deputata diffi
nitione sit differentia completa et
post hoc maior Manifestum ergo
tibi prius quod esse plenum atque perfectum non
habet contrarium veri nominis a ratione
nisi non esse completum hoc est cui quo nichil
omnino est depositum esse Hec ergo ista ut
principium bonorum cui sit eius perfectum
vel ultimitate perfectionis in se et secundum
se non habet contrarium nisi non ens penitus
privatum in ultimitate privationis
ab ipso esse Intelligo autem sit privatum
cui omnino nichil relictum sit de ipso esse
media enim que possumus non sit p
rivata sunt completa secundum privationem
ipsius esse neque diminuta completa
diminutione eiusdem completa enim
diminutio consummata consumptio est
Manifestum igitur est quod princeps tene
brarum secundum deliramentum erroneorum istorum
est vere et omnino non ens hoc est nichil penitus
habens ipsius esse cum ipsum ipsum ponat
eorum contrarium et que est secundum
eos sit in complemento et ultimitate de
ipsum esse sive ab ipso ens Quod
si dixerit quod non eo usque distat ab ipso
esse hoc est completa differentia seu maxima sed
appropinquat ei erit ergo medium sicut ad
ad illud Quare erit vel defectus
vel diminutionis vel corruptionis
sive his similibus aliquibus horum quorum
unumquodque manifestum est quod nec deus nec
principium nec princeps ullo modorum
nominandus est cui eius esse adeo

debile et infirmum sit ut a divino esse
festinet utpote versus deum vel via
positum De destructione erroris
Manicheorum quod si malicia propter principium in
I
Iam quod patefactum est tibi quod ma
licia non potest essentialis esse ei quod
est natum esse ipse et quod qui po
nitur principium malorum pereg
one et contrarium principio bonorum
natum habet ponere ipsum natum esse
ipse Sed nunc declarabo tibi quod
malicia non potest ei esse adventicia
vel accidentalis Dico igitur quod si mali
cia adventicia est ei erit ei vel a se
vel ab alio Quod si fuit ei a se hoc est a causa sua
ta ei ipse erit hoc est ex natura sua hoc est uno
modorum quos dicam videlicet vel natura eius
natam res gradinodu putredo et
alie quedam passiones in quibusdam
natura nascitur aut erit ei ex operatione
sua qua fuit agens in se ipsum vel
aliud vel erit ei ipsa ab alio agen
te in ipsum Quod si fuit in eo na
tura naturam cum in suo in esse non sit
ipsum nisi bonum et eius entitas non
sit nisi bonitas erit ex natura quod ex
bono res malum et ex bonitate ma
licia et hoc naturam ac ipse tunc non aliun
de videlicet per aliud malicia ei advenit
Amplius secundum hoc ipsum genuit maliciam
in se ipso quare de bono et bonitate
sua genuit ipse maliciam et hoc ipse
Manifestum autem est quod ex neutro
contrariorum per naturam ac ipse procedit reliquum
Amplius malicia autem est contraria boni
tati eius essentiali et naturali aut non
Si est contraria ergo non est in eodem cum ipsa
nec patitur eam secum Non est igitur in
eo malicia nec esse potest cum bonitas
sit eidem essentialis et inseparabilis Quod
si dixerit quod non est ei contraria non est
igitur veri nominis malicia que ei non est
ne malum extrema vel propriam Amplius

tebrarum
ponatur
occide

Malicia

scdm hoc no erit contraria boni
tati alterius principii vz qe est pri
cipiu bonoru contrariant em contrari
tate bonitate cencialem sed et
ipm ee ex quo e utriusq bonitatis
cencialis Amplius huiusmodi malicia
aut e aliquo repugnans bonita
ti eius cenciali aut nullo modo Si dix
erit que e ei repugnans aliquo modo
quero iterum aut repugnat cencie
eius aut no qz si repugnat cen
cie eius no patitur illam cenciam eius
si forcior e ea Iam dudu ergo destrux
it eam Si aut minus fortis e cencia
eius qua ipa malicia iam dudu
igitur destructa e ab ipsa malicia Si
si fuerint eque fortes altera impe
dit alteram et no sinit aliquid
opera ee quare no proveniet aliquid
malu ex ea erit ul bonu ul me
diu int bonu et malu Si uo no
fuit repugnans cencie eius scdm
se repugnat ei in actibus ul opibus
suis hoc no pt ee nisi altero duoru
modoru quos narrabo quoru pri
mus e ut impediat eam ope omnino
et sic principium maloru nichil operabitur
ul poterit operari per cenciam suam et ita
erit impotentissimum scdm cenciam su
am Secundus modus ut impediat
eam ne operetur prout vult aut sicud
vult seu prout debet aut sicud debe
ret ex quo apparet alia impotencia
et miseria ipius vz que no pt operari
prout vult aut sicud vult neqz prout de
bet aut sicud debet Amplius istam
malicia aut sustinet voluntarie
aut invitum qz si voluntarie no repug
nat gratia cencie ipius naturaliter cum lucida
rissime videat et nichil tenebrarum qua
cum ad ignorancia paciatur Iuxta enim
omnino e qz lesione cencie suesi

eam sciat aut videat voluntarie
paciatur Si vero no voluntarie ul in
vitus patitur ul sustinet sua mali
ciam apparet impotencia et miseria
ipius cu velit repellere malicia
ipsam et excludere a se et non possit
ex quo et apparet ipm servum ee ma
licie sue et ea cogente operari
mala velud pessimum servitute
malicie ipe et no posse abicere
ul expellere a se iugu huiusmodi servitutis
Amplius hec malicia aut est eius
coeterna aut advenit ei ex tpe
qz si e ei coeterna cu sit aliud ab
ipso erit creata ul facta ab ipso et
creatura ul factura eius quare
erit voluntati eius no subdita
et nichil contra ipm omnino potens
quide no erit nisi quantum diu vult et
quomodo vult non e igitur in ipo nisi per
voluntate ipius et solus pt eam
destruere sed et omnes alias facturas
suas Si ergo malicia ei noceat
faciens eum deterius quam esset
sine illa no sustinebit eam prout
cum tpis in se ipo Amplius si cogita
bit creando in se malicia in se
ipo aut intendit nichil prodesse sibi
aut ledere se et nocere sibi Si intendit
prodesse sibi apparet eius error
immo cecitas manifeste cum dubi
tari no possit malicia nocere ei
ex quo e error aut nullo modo cadit
in deum Si vero non ignorancia ipsam
aut erronei ponunt ipm ee deum
Si no intendit sibi nocere et ledere
se et hoc sciens et prudens cum error
ut dixi et ignorancia apud ipm lo
cum no habeant apparet evidenter
eius demencia nichil enim et qz sibi
nocere aut se ledere scienter inten
dat nisi aut turbacio ire aut

[illegible]

altius passionis ipm subiecte
rit sicud accidit in eis qui se ipos
iugulant interdu aut aliter
occidit de quibus dubiu non
e qn ex demencia hc faciat. Si
no ex ipe malicia et aduenit
manifestu e ipm fuisse corrup
tum atq puersum et etiam sedu
ctum. q om aliquid efficitur malu
cu prius non eet no fit nisi uno
triu modoru quos narraui p
corrupcione ut equus qui cor
rupcione humoris aut membri ali
cuius efficitur malus cu prius non
esset aut ex puersitate sicud acci
dit in hominibus qui de bonis mali
efficiuntur cu eoru uoluntates puertuntur
ut mala ul male velint aut
seduccione quadmodu contingit
in hiis qui per errorem ul ignoran
ciam mali fiunt aliena suggesti
one decepti. Cu uero igo iste sompni
atus deus malus effectus est
eo quid cum hoc tum passus fuit
manifestu e ipm nomine dei in
dignissimum mch cum hoc cadit pt
nitetur nomis deum. Amplius mu
tacio no fit nisi in sbi que sustinet
pdicamenta actus etiam omne in
ea est quare neq accidens neq
mutacio attingunt ad illud quod est
nate ee per se nate em per se supra
e. z seorsum longe a sba z acci
denti. Amplius quoniam cet mutatus
an a se an ab alio ex quo patet
tibi multe vie ad destruccione
errorum istorum. Et si aliquid asserit
vipm nate e ipm ee passibilem
z hc passione vilissima atq tur
pissima. Nichil em vilius aut tur
pius e qm malicia quis scilicet aut
hoc sit autem primo a nobilitate

z supereminentia deitatis seu diui
nitatis. nichil videt qui hc no videt

Adhuc destruit error manichei
or vel hic probans communes et intellectuales

Omnes aut vocis
quas usq huc tibi adduxi
methaphisice sunt atq sa
pienciales sed facia tibi quod sup
ter dixi promisso z ducam tibi rones
uolgares z intelligibiles faciliores
per quos declabitur tibi error istius
no tam impossibilitas sed etiam ri
diculositas. Dica igitur imprimis qr
malu per se ul nocuum e sicud h
ba mala z morbus malus ul
nocumentu ipm uno quoque vicione
usualit dr nulta mala sicut in
homo ille. Sicut mordiatiu quad
modu quedam male sede dicuntur
que no sedent in loco suo ul or
dine ut uxor infatue buana
excito dr malu in ipsum z puatu
quantumq psone sua. Vnde z mala
le opari dicitur quis cu opatur opa
puata conuenientibus psectioi
bus z has psectioes lt in bonam
circumstancias opm quales sunt finis
causa modus locus tempus z primo
du istu male openii dr qui ul
no eo mo ul no eo fine opatur
quo ul quibus opandu esset et
adhuc modu scilz de aliis psecto
inbus ul circumstanciis z ad hanc
intencione reduca pt puacio de
bite mesure ul quantitatis p que
modu superfluu z diminutu ma
la dicuntur. Superfluitas atq in
digencia malicie forsitan hc in
similitudine voluit aristoteles in libro tocius
libri ex quo ex homi quantu dicitur
ut in mediocri hc e in medio
ipe int extrema superfluitatis

Galienus

Galienus

et indigeat et benefecisse aliquid dicatur
secundum hoc tamen eius opus nec sup-
plicationem sed non diminutionem
omnem. aut istarum intencionum que ma-
gis congruens videtur principio ma-
lorum prima est secundum quia malum et
nocivum principium aut auxilia-
te deo destruere hanc intencionem
et supplantare principium malorum. Di-
co igitur quod si principium malorum non
est nocivum non est malum primo modum
istum. Si non est nocivum erit nocivum
sibimet et universa autem erit nocivum per
accidens tamen et cetera. Et si fuerit nocivum
sibimet et universali ergo nulli erit pro-
ficuum nulli igitur proderit. qualiter igitur erit
dator et et bonitate toti genti tenebrarum
primo toti universitati malorum. Sed
errorem omnem istum ipse est creator
universitatis et dator sapiencie et virtutis
atque potestatis omnibus quas habent maligni
spiritibus aliquo male. Si habere dicimus dat
eis omnia hec animo et intencione nocen-
di. dat eis aut dat animo et intencione
illa quod sint ea eis vel bona esse vel
utilia vel necessaria aut animo nocen-
di aliis per hoc. Quod si animo nocendi
eis manifestum est ipsum errare cum
credat se eis nocere quibus tantas
virtutes seu potestates tantam sapienciam
tantas actus et ipsum et quod multa omnia
est maius munerum largitur. Si non
animo proficiendi sive pro defendendi eis
hec omnia dat illis manifestum est
ipsum et proficuum et et utilem toti
regno suo tam intencione quam
facto. Non igitur est nocivus sibimet
et universaliter. Et si animo nocendi aliis
vel aliis dat omnia hec sunt illis
igitur est nocivus quantum videtur est et solis
cum omnibus suis manifeste sit pro-

ficuus. quare illis solis est malus
secundum hanc intencionem quare vero aliis
vero magis malus est secundum intencionem
istam quam principium bonorum cum ipsum
principium bonorum malis et nocivum
sit et inimicum ac destructivum ipsorum.
Si ipse aut eius intencio est ad offen-
dendum aut occupandum regnum bonorum
aut ad defendendum suum tamen quod si
eius intencio est ad destruendum et
occupandum regnum illud tamen habet
non possit quam rex bonorum non est
minus potens ipso vero regnum eius
debilius regno illius manifes-
tum est ipsum esse multitudinem in-
finite miserorum quem de ardore insa-
tiabili avaricie laborat dum
regnum ambit alienum quod adipisci
non potest. Deinde odio vel invidia
ardet inextinguibiliter. Et ita
dum non precio inimicissimum sibi
principem bonorum impugnare vel
pugnare prevalet. Ira autem et
et invidia et odium et avaricia eius
sint ei omnibus in ultimo equivalent que
cunque de eo dicitur ipse sit apud
ipsum prima et maxima. Cum igitur
ista in infinite sint et molestie primo
tormenta spiritualia necesse est ipsum tamen
ferre et ultimate miseriarum et tor-
quere in ultimitate tormentorum.
Et si dixerit quis quod ista non dicitur
de eo nisi secundum effectum quemadmodum
et principe bonorum iram dicunt in-
tum non secundum turbacionis affectum sed
secundum ulcionis effectum. Dicimus ex
necessitate omnino liberum et immunem
ab ira et odio et invidia et omni mala
voluntate et apud se quietissimum et pa-
catissimum ac beatissimum et non habere omnino
maliciam in se vel apud se confiteri

p9

tum ipsum bonum malum hoc autem
militas huius saule destruit. Et primum
quidem sic, si non est malus nisi
effective non erit contrarius principi
bonorum cum princeps bonorum bonus
non solum effective sive per modum ef
fectionis, per modum etiam contrarie. Secundo
quia quadmodum princeps bonorum simpliciter
optimus est et contrarie et per modum effectio
nis. Sic principem malorum utroque
modo pessimum esse necesse est. quare non
solum malus erit per modum effectionis
per modum etiam contrarietatis. Ita ut eius en
titas ipsa eius malitia sit quad
modum in principe bonorum se habet sic
quod eius entitas ipsa bonitas est.
Item bellum quod ponit inter ipsum
et principem bonorum et regnum eius
atque regnum bonorum aut est iustum
aut non. quia si est iustum aptum ipsius
principium iuste igitur agit impugnando princi
pem bonorum et regnum ipsum. quare
et huic ipse etiam princeps bonorum debet
ei cedere et non repugnare quare de
iniquus est in resistendo et repugnan
do ei princeps bonorum. Si non iniustum
est bellum bellum est igitur quod iniusta
causa habeant eam aut est sola contrarie
tas aut est aliqua extrinsecus norma
tus scilicet ambitio sive avaricia sive
odium sive invidia sive ira. quia si
sola contrarietas causa est belli huiusmodi contrari
etas non potest esse in iusticia per se vero
quia contrarietas t9 enim contrariumque parte
esse iniustitia et iniquitatis equaliter
ad equalitatem sit contrarietas aptum princi
pis bonorum ad ipsum ut contra. Preterea
malum et bonum reperisse malo contrarium
et etiam in rebus sensibilibus quas
ipsi ponit creaturas esse seu factu
ras principis malorum ut caliditas

et frigiditas se habent et multa huius
modi quare esset iniustum bellum
inter huiusmodi. et etiam contrariumque par
te. Cum enim contraria omnia veri no
minis equalia sint iure et lege nec
iniustum et iniquum est ut alterum alteri
dominetur aut supponatur. Item si quadmodum
se habet princeps bonorum ad omnia que
bonitatis sunt sive bona. Sic prin
ceps ~~bonorum~~ [malorum] ad ea que malitie sunt
sive mala erit [illegible] ut quad
modum de principio bonorum iusticia
pietas et benivolentia atque beneficentia
aliaque omnia huiusmodi in primis dicuntur
et maxime ut de principio malorum contraria
predictis dicantur in primis et maxime contrarie
quadmodum princeps bonorum in primis
est iustus et maxime et adhuc modum
de aliis. Sic princeps malorum in primis
impius et maxime in primis malivolus
et maxime in primis maleficus hoc est ma
leficacissimus. Specialiter autem est destru
ere bonum quod quis istorum de eo sicut evi
dens est vide de ipsa iniusticia. leges
enim quibus regnum suum regit aut
sunt quales esse debent in regno eo
aut non. ~~Si sunt quales esse debet~~
~~in regno illo aut non~~. Si sunt qua
les esse debet in regno illo non dedit
igitur leges subditis suis nisi quales
dare debuit et ita non precepit aut
statuit in regno suo nisi quod debuit
quod autem debuit statuere debuit servari
a subditis suis quod autem debet servari
~~iustum est servari~~ iniustum est quare
non statuit aut precipit aut precepit
umquam nisi quod iniustum est cum principe ullo
statuere et subditos eius servare
apte istam nullo modo iniustus est. Item
aut ipse debet facere solum quod malum
est aut non. Si sit faciendo igitur ma
lum non facit nisi quod debet faciendo aut

qd no e iniustus ymo iustus
requirus et bonus Eodem m° e decla
re de iudicijs qr si non debet iudi
care nisi iniuste erit et iudicando
iniuste iustus quare nullo modo
4 erit iniustus lz e nec operando
iniuste nec iudicando iniuste nec in
statuendo vel precipiendo iniustum
Quod si dixit qr debet facere bonum
hoc destruit multis modis primo
qr nali possibilite prohibitus e fa
cere bonum sicud cositur adusantus
nichil aut eez que pse impossibili
a sunt aliam debitum e apud ipm
no enim qr bonum est ee homine dz
ee asino ee hoc cum lz imposle sit
apud ipm Amplius ad principium seu
principes bonorum ut ad bona pporr
tionabiliter se habeat lz simili est
ut iste ad mala erit proportionatum
ut quadmodum ille se habet ad ma
la sic iste ad ad bona quare sicud
ille nec dz facere mala nec decet
eu nec decepit facere illa Sic nec
iste bonusq debet facere bona et sic
ille facit q eum decet et adeum p
tinet faciendo bona sic iste facie
do mala quare sibi est q bn
facere sit facere qd ad aliquem ptinet
et q eum decet lz enim mos sic fat
bn principes bonorum Epigitur bn fa
cit mala faciendo princeps ma
lorum Amplius sicud leges omnes sta
tuta principis bonorum sunt de bonis

exemp[a]

faciendis et de malis fugiendis
sic leges et statuta principis malorum
erunt econtrario de malis faciendis
et de bonis fugiendis Et sicud ille
auctoritate lz statuendi in regno
suo Sic iste lz ius et ptitate statu
endi contra regno suo et sic illi oba

diendum e a subditis suis in regno
suo sic et isti in regno suo Quare
manifestum e q unica hz ydi duorum
regnorum contraria sunt Et ad ali
quid e ius malorum eorum quam est
ius in reliquo quare manifestum
e utriusque regimi iustis legibus ac
statutis regi et id bene ac decenter
administrari a principe suo quare ut
q est bonus administrator regiminis sui
quantum ad hoc et utrusque bonus e in bn
faciendo omnibus hys qui sunt de reg
no suo dando sz eis ee et alia que
sunt eis bona lz e naturalia et utilia
quare equaliter boni sunt isti duo
principes tam in bona faciendo suis
quam administrando et regendo ea q
sibi subdita sunt et insuper eodem m°
equaliter mali et nocivi in bent
nout eorum nocivus sit sit nichil contra
no suo vel ei q e expte contrarii
sui Et de regimis eorum eodem m° se lz
Amplius cum isti errorei ponat virtutes
et vicia contraria et abolume principibus
contrarijs et eodem m° se habet principe ma
lorum ad vicia sicud principem bonorum
ad virtutes erit igitur ut quadmodum
virtutes omnes de principe bonorum dicuntur
in primis et maior pmodum quo ei co
gruit Sic et omnia vicia de principe
malorum pmodum eundem lz quad
modum ille e virtuosus in ultio virtu
ositatis Sic iste viciosus e in ultio
viciositatis quare laborans e omni
peste viciorum in ultio quare falsi
tate et infidelitate go nulli suorum fi
dem ac veritate servat Omnium et avari
cia q re omnes suos odit atque pse
quitur et cum no° eorum parcere lz omnibus igitur
suos implacabiliter psequitur cum igitur
lz omnimoda ptitate eos omnes destruit
quare vel suorum ee pati aut vivere

quemadmodum et principes bonorum si odio
haberet aliquem eorum que faciat statim
id desinueret. Et si diceret quia si fide
amicicia et veritatem servat sub eorum
et regno suo continuit aut eorum
nichil horum servat manifestum quod
hic est falsitas et videlicet infidelitas
est viciosa odiositas. Ad hec omnia quem
modum sunt inveniam in principe
bonorum amicicias enim vel fidem non
habet ad mala primo implacabiliter
persequitur veritatem quidem iusticie habet
ad ea qua eum puniunt et vindicat. Non
aut eam veritatem quam fedus aut
amicicia requirit sine societas.
Amplius notandum est principe malorum esse sapie
tissimum. Patet et quid fiat et qualiter
de omnibus et per omnia quo oportet se ma
le agere cum male agit sicut nequissime male
agit. Sciens enim et prudens male agit
quicumque male agit aut potest
enim se continere ne male agat aut
non potest. Si non potest non est igitur ei volun
tarium male agere sed naturaliter male
cum impotencia illa naturalis ei sit
nullum autem est peccatum nisi voluntarium
peccatum dico culpabile quare non peccat in
eo quod sic agit quod cum nequissime peccet
Si non potest continere se ne male agat
et male agit quo est sapiens. Amplius
sicut sapientia et virtutes necessaria conni
tatione se comitantur sic insipiencia
seu stulticia et vicium. Cum igitur vicio
sus sit in ultimo viciositatis erit stul
tus et insipiens in ultimo stulticie
et insipiencie. Amplius si verum est quod vicia
obtenebrant eos in quibus sunt
et stultos eos faciunt ac insipien
tes. Quemadmodum virtutes e contrario eos illuminant
in quibus sunt et eos prudentes
faciunt atque sapientes cum princeps

malorum in ultimo et maximo illa ha
beat erit ex necessitate in ultimo ob
tenebrationis obtenebratus et
in ultimo stulticie atque insipiencie
stultus et insipiens. Amplius sicut prin
ceps lucis in ultimo luminositatis
luminosus. Sic princeps tenebrosus.
Sicut enim ille ad lucem se habet sic
iste ad tenebras per omnem modum
quemadmodum igitur ille in ultimo lumi
nositatis spiritualis luminosus est. Sic iste
in ultimo tenebrositatis spiritualis
tenebrosus. Nunc enim luminositas
temporalis apud principem luminis
locum non habet cum sit incorporalis in ul
timo incorporalitatis. Sic tenebrositas corporalis apud princi
pem tenebrarum locum non habet neque
necesse est tibi ut removeam corporei
tatem ab utroque cum iam dubitare
non possis necesse esse per se seorsum esse lon
ge a corporeitate in potestate sunt
in ultimitate simplicitatis cum
omne corporeum corporeum partibile
sit et dissimilium et aggregatum ex partes et
parte primo ex partibus quibus non
est minus atque corporum ex materia et
forma. Obtenebratus igitur est prin
ceps tenebrarum obtenebratione spiritua
li ultra quam non est obtenebratio
haec autem est ignorancia sicut scientia lux
qua est omnia ignorans est et nichil
sciens omnino. Amplius manifestum est
de viciis quod cum vehementer invalue
rint non vicia tamen sunt sed insanie
sicut ira per vehemencia furor efficitur
eodem modo se habet et de amore erit et de
omnia vicia in principe tenebrarum
sicut in ultimo vehemencie et inten
sionis necesse est ipsum in ultimo furio
sitatis et insanie furiosum et insa
num hic autem est dicere furiosissimum atque

vina obtenebrat

in sanissimum quae nec suis nec aliis
ptere si passim occidere passim de
struere passim quod domus in seipsam
scissa. Sic aut nunc est de regno
eius quare ingente eius et bel
lum universale tam civile quam
intestinum quare regnum eius de
struit se ipsum primo iam dudum de
struxit quadmodum multitudo ista
norum in semetipsos semetipsum nec
ad modicum stare potest. Secundo igitur
stetit regnum huius principis infinita mi
lia annorum non enim principium secundum
ipsos sed si scriptura ab eius conditione
annorum multa milia transierunt

destructio errorum manicheorum
si ponant principem esse corporeum
et regnum eius tenebrosum

Quia non consequens desipiunt eundo
uei huiusmodi ut principem
ipsum corporeum esse sentiant
et regnum eius totum esse tenebrosum
etiam tenebrositate corporali hi se
scilicet etiam de hoc etiam eos impossibile cor
in superiori disputatione. Secundo vero
quia de eis de hiis tenebre huiusmodi in
sunt impediant quod si visum impe
diant universaliter cecus est ipse
et nihil videns et tota gens eius
in regno suo nisi forte dicant quod gens
eius est ipse met quadmodum apud
nos bubones noctue et vespertili
ones et similia que in tenebris
vident in luce non certum est ponunt
etiam ipsa totam gentem eius esse cor
poream. spirituales enim substantias nec
lux nec tenebra corporalis ad visum
spiritualem id est intellectum iuvat aut
impedit. Secundum hoc ipse de die nichil
videbit nec gens eius et propter hoc
resistere non poterit principi luci
et genti eius de die omnino igitur die

vincetur a principe lucis si principes
lucis et exercitus eius preveniunt intrare
regnum ipsius. Quod si dixerit quod
rex lucis si intraverit regnum tene
brarum obtenebrabitur ibi manife
stus est in hoc error eorum lux enim
tenebras intrans ipsas expellit
et locum quantumcumque tenebrosum illuminat
nec tenebre lucem possibile est repellere
quod etiam modica lucerna tenebras
magnas vincit et domum magnam
illuminat. Quid de tenebre regis
in istius non possunt prohibere nec etiam re
sistere quominus principes lucis et gentes
eius regionem intrent et illuminent
tenebrarum quapropter excecabitur
iste princeps tenebrarum et tota gens
ipsius et ita patebit gladio et direp
tioni atque destructioni principis
lucis et gentis eius. Tempore secundum hoc
regio ista nec lucis erit nec te
nebrarum cum de die sit lucis et de
nocte tenebrarum. Ad quem igitur istorum
principum vel ambo regnum pertinebit
Et si dixerit quod tenebre adeo den
se sunt in regno illo ut nullo modo luci
pervie vel penetrabiles sunt. Sunt
manifestum est huiusmodi homines non in
telligere quid tenebra sit. Tenebra
enim non dicitur nisi secundum tres intentio
nes quas narrabo. Prima est priva
tio lucis sicut apparet in die et noc
te. Nox enim non potest intelligi nisi
privatio lucis solaris quam efficit
interpositio terre. non enim nova
dispositione induit aer cum recessu
solis que tenebra possit dici cuius
declaratio hec est quia si intellexerimus
splendorem solis ab aere recedere et
nullam ei novam dispositionem advenire
esse nihilominus tenebra et nox erit

tenebre

nubis videbitur in regione aqua
terra prohibet et abscondit splendo
rem solis. Cum enim tenebra dispo
sicio sit contraria splendori vel lumini
in aere in contraria extremitate equa
lia sint virtute resistet ei extremi
tate et fiet mixtum seu medium ex
luce et tenebra in aere et ita dies
non esset dies ymo mixtum ex die et
nocte et econverso contingeret quod non
novo esse videlicet dies veri nominis. Cum
intencio quod tenebra dicatur corpus
densum et de impositate sua resistens
lumini. Sicut terra nubes et caligo
Causa autem nubis c quinquotiens
secundum alterius oppositorum tocies et reliqu
dum necesse est quare si lux dicatur corpus
quemadmodum sol aut flamma dicetur
et corpus ei oppositum tenebra. Er
go dixit regionem tenebrarum regio
ne esse caliginis tetertime vel terre
nubilositatis notabiliter concedendum quod
supra dixi hoc est nihil ibi videri vel vi
deri nisi quemadmodum narratum super
videlicet quod animalia regionis illius animalia noct
illius sunt ut bubones et noctue et
vespertiliones. Verumtamen sic effugiet
adversarius quoniam huiusmodi tenebre
in corpus huius tenebrositatis aut
est impossibile a contrario quotiens vel
non quod si sunt impossibile non potest igitur
esse fieri motus sed videlicet inclusio
accidit de ipso hoc in innumerabiles perversi
tates et inconveniencia. Preterea cum
sit corpus erit vel simplex vel mixtum
et si sunt simplex non habet huiusmodi demp
sitate quia neque flamma neque caligo
neque nubes neque fumus corpus simplex
est aer non depuratione accipit ab
huiusmodi caliginositate et demp
sitate sic a nubibus et nebulis

et nubilis quare contingit ibi fieri de
puratione vel possibile est saltem fieri
ibi depurationem et ita fieri regionem
illam receptivam lucis et illuminabilem
quare non est regio tenebrarum nisi
propter absentiam lucis secundum hoc et ita
non erit regio tenebrarum nisi quemad
modum civitas nostra de nocte. Item
cum regio illa ignem habeat ignis
aut dissolutivus sit huiusmodi dem
psitatis et grossiciei erit quemadmodum
et apud nos ut auxi invaluit apt
cos in regione illa calor subtiliet
huiusmodi tenebra et deponat illa
grossitie fiatque apta receptioni
lucis. Item secundum hoc aperte hec est terra
circa sedem principis tenebrarum
sit tanto maior tenebrositas
quanto maior est dignitas atque nobi
litas loci illius quam inferiorum et a sede
principis remotorum quare erit ibi
maior densitas et caligo erit ergo lo
cus vilior atque deformior grossitie
es enim et densitas ignobilitates sunt
et deformitates in corporibus. Item inferno
in medio terre si locus ibi est ulti
mitas elongationis a luce. Cum
densitatis et grossiciei non est separa
re corpus grossius terra vel magis
resistens lumini quare si sedes princi
pis tenebrarum in mundo isto est ibi
eam esse necesse est quemadmodum terra
est fex omnium corporum et locus ille fetenti
or ac vilior ita habitatores loci
illius quasi fex sunt omnium spirituum spiritua
lium si locus corporum est ibi et ipse etiam
fex vilissima et primus loci illius re
sideat. Item ab isto principe ma
iorum necesse est ut sint omnia vicia quemad
modum a principe bonorum omnes virtutes
Quanto igitur quanto aliquis vicio
sior tanto principi bonorum acceptior.

Sic quanto aliquis virtuosior viciosior
tanto principi malorum graciosior
humana vero eque aiarum sunt
non patietur ea excludi a domo

sua vel palacio magnificentie largitatis creatori sublimis hic
enim neque apud nos neque aput
liberales hospites permittit si
ceu id modicu quod aput eos est
liberalitatis et largitatis Certo
fortius creator non patietur ista illibera
bilitatem fons ille abyssalis
ac redundantissime largitatis hec aut
regens predictorum argumentum
non sola fortissima ad astruendum
resurrectionem bonorum sed eciam au
ditu iocundissima ex resurrectione
filii dei que dicunt credunt inessa
bili largitate pietatis gratie sue
pro salute homin factum hominem et eciam
morte suscepti corporis mortuum
huiusmodi enim glosa resurrectio potes
tes et multociens aput eos cla
ruit ita quod eciam agnitem sil
tesabus iusus est Una bona post
mortem suam Cum igitur aput
eundem iustissimum iudicem equa
lium meritorum equa sunt premia
et similium similia omnium aut bonorum et bo
norum predictorum merita similia sunt
meritis illius scilicet quod sunt omnes
enim veri et boni propter deo qualescumque
sunt imitatores illius sunt et
re omnium talium merita aput deum
premium iustissimum iudicem meritorum
et datorem largissimum premiorum simile
premium non dico equale obtine
bunt Similitudo enim meritis christi
et suorum nullatenus ad equalitatis
talem igitur glosam resurrectionis
ei quam corporis obtinuit nece

Similitudo
meritorum

mali

e omib obtine z omib suos z ei si
ee glificandos no dico equale
ul equal ppt pctam cam Et si
dixit quis Anima rõnal ista no
pbat nisi resurrectione bonoꝝ
z beatoꝝ Sanoꝝ z quia bꝫ em re
surrectione no pbat est hꝫ bnm
soꝝ bin indubitanter dicit De
puulis no sufficatis z in huius di
tatate decedentibꝫ no est dubi
um qꝫ steles sunt opo ingra z
ppt hꝫ oppitatitate steles ei futuri
sut ingla Demitis aute nichil
ptmet ad eos in etate illa Ope
tuta aut intelligo hic obsequia
opm creatori placitoꝝ atqꝫ
manifestu e puulos in etate
puula impotentes ee Dema
lis no z puersis hoibꝫ atqꝫ
mandatis creatoris rebellibus
z pcedentibus appare tibi potest
quia nccẽ est eos resurrectu
ros ee in corpibus ut satisfiat
diuie iustitie hoc e ut qadmo
du male z culpabiꝫ se habu
erunt i vita ista tam intiꝰ qua
extiꝰ Sic z vtroqꝫ puistitiam
creator retribuat eisdem retri
bucione inqua pctis z viciis
cogruete hꝫ aut retribucio est pe
nas tam spualis qua corpalis
Celar aute corpa eoꝝ ignẽ
eternu z alia tormeta corpoa
que eos expectant sustineant
dicẽ ꝯsequentibꝫ cu gla corpm
beatoꝝ huanoꝝ tibi sunt decla
ta vz stabilita in ee sue z in

qualitatibꝫ suis Debes aute
scire quia causam effectem
z radice pse resurrectionis cor
pm moꝝ in na mea sive decla
racia naturam meam ee in
possibile est Et hoc bene z leui
consideracione tibi patefiet neqꝫ
enim arte huane possibile est re
formare corpus suum aut repa
re cu pmorte dissolutu aut
putrefactum seu inpuluerem r
dactum fuit Corpi nd sit se
habenti multo magis cu tunc no
sit ambabus aut sibi cu altum
no est eitum e nichil ee possi
bile mch aut amp e in na
huana Cũ re omo nate huae
ipossibile est pmodu factis
resuscitatio corpm moꝝ Amp
manifestu e tibi cpara hua
nos retine se posse pt nec etia
remane i corpe suo etia mor
bo ul egritudine mortalem
nc defende ipm amorte ul
vulneribꝫ aut egritudinibus
ul aliis causis mortis bnm
salit Multo igit fortius nec
pt eripe de morte cu iam mor
tuus fuit simil nc reintegra
re nec reformare Et ub dixit
quis cp in natã seu virtute ce
loꝝ e potencia ista resis resusa
tandi z reparandi corpa mea pꝰ
mortem ipoꝝ Manifestu est
ut hꝫ multi ee falsum quia nc
virtus ea generadi generandi in
cis est primo inpentibus p

Nullus huiusmodi effectus ad hoc ex
celis vel stellis apparuit neque enim
ad hoc auditum est ab illis vel
unum hominem generatum aut a mortuis
suscitatum. Dico igitur quia resur
rectio corporum atque reformacio
sive reparacio eorum operacio est
solius sublimis et benedicti cre
atoris. Neque enim dicere possunt
quod generacio seu formacio primi
hominis ex celis vel stellis fuerit. Ergo
enim si in eis esset virtus huiusmodi
operacionum vel unum solum vel tam
paucos genuissent. Quomodo eciam
tam diu postmodum a tam no
bili opere destitissent. Manifestum
igitur est ex omnibus hiis quia omni
potenti bonitati creatoris solius
est virtus vel potencia resurrec
cionis seu regeneracionis corporum
humanorum et propter hoc apud ipsam
quemadmodum est causa et probacio seu de
claracio ipsius. Dico igitur quia sicut
sepe audivisti per me quia boni
tas et virtus creatoris non opera
tur per modum nature, qui modus est
fluentis atque fluxibilis sed eius
operacio est per electionem libe
rrimam et beneplacitum voluntatis
quam vel cogi vel impedire im
possibile est, que nec suadetur
nec inducitur a foris. Consilio igitur
sapiencie sue ad quod impossibile
est vel ignorancia vel errore at
tingere de purissima bonitate
sua facere que facit et non et quod
facit. Si vero non facere que non facit
Nature est igitur ipsam eligere ea fa
cere que melius est facere

quam non facere. Dicitur et de corporibus
et modis scilicet. Unde nature est ipsum
et optima et optime facere magis
quod decet ipsum et secundum quod rebus ipse
receptibiles sunt et cuius ipsis
expedit seu utile est. Neque ecia
sapientis hominis et boni est vel minus
bona vel minus bene facere cum op
tima et optime facere equali faci
litate possibile sit. Cum igitur
de toto genere humano optimum est
glorificacio de qua non dubitat
quin creatoris bonitatem de
ceat et quin homines illius glori
ficacionis receptibiles sint
nature est bonitate creatoris in
genere humano opere suo optimum
istum efficere vel secundum partem vel
secundum totum, set quin secundum totum
non est possibile in statu crea
turarum propter multa bonum
obsistencia, propter mere beneplacito
suo et iudicio nobis oculto,
nature est ut in parte tum generis hu
mani bonum istud prestantissimum
operetur. Si quis dixerit homines
nec universum sunt esse receptibiles
huiusmodi glorie nec secundum animas et nec
secundum corpora vel saltem non secundum
corpora. Dico quia huiusmodi sermo er
roneus est et impossibilis et hominis
ignorantis nobilitatem nature
humane. Dico igitur quia anima huma
na susceptibilis est omnium sciarum
perfectionum naturalium. Si enim aliquando anime
impedite sunt passionibus corporum
suorum ut morientes moriones
vel desfa ... ut qui cerit

Anima humana

magi

sindi nascit' ul alias occona
li h' expaccidenti est radven
ticiu' z in nale aiab' quib' pas
siones huius di sine occones im
pedimenta doctrine z disciplme
non pstant non e dubiu' quin
capaces seu receptibiles sint
om' pluitar' suar' receptibiles
ecia sint quedam ppter splendor
z ppt' hoc note est ecia q' omis
cu' receptibilitas nalis dar
bus aiabus huanis ipa' dmo
dic' z q' na'r omnia nalia huius in
dividuor' cuiuscumq' spei equali
tate na'r recipiant z similiter ali
or' individuor' eiusdem Simp
in pphito huius splendore non
stant nali fixione z phibicioe
qua phibeant a sublimiori z no
biliori claritate Simp apparet
ex maior' opibus maxime que
sunt divinacionu' q' maior aut
nobilior claritat' susceptibiles
sunt / qua sit cognicio nalis
claritas enim illa qua divinat
pterita ul divinat pterita ul futura
z ecia vident pterita abscondi
ta maior est omi cognicione
nali qua habet ul habe possint
aie inie in corporibus naturalit'
enim alia vide no' pnt aie
huane / Cum igit' huius claritas z
illuiacio est eis ex coniunccione
demonu' tamq' ex applica'oe
lucis quia vera z ppi luci que
dam sunt ex maioris lucis maio
ri applica'oe mag' eas illuiari
note est Cum maioritas lucis
intellectu' no' obtenebret ul
obscuret pmo co'fortet mag'
z illuiet licet alit' in sensib' se ha
beat q' z dixit ar' ppt' q' dixit
quia extrema corrupit sensum
sicud vehemencia solar' lucis
no' obfuscat ul obtenebrat vi
sum inim Cum igit' coniugabi
lis e aia huana luci pure ac
purissime que est creator bn
dcus Note e ut ex eius coniu'c
cione ul applica'oe tm' tanto
amplius tantoq' sublimius
illuiet' aia huana quato ipa
lux pura aliis hominib' hoc e
sub angelis atq' demonib' est
clarior seu luciosior Note est
ecia cam' co'fortari sic' lum' in
tellcuu' z delectari in ea delecta'oe
que nito btitudo noie' Et
si dixit quis quia aia hua
no' est sic coniugabilis destrues
errorem istu' multiplicat' pmu'
quia no' est dubitatu' apud in
telligentes virtute intelctiua cre
ata ee ad intellctu' visione seu
spuale pc luc' z no' adquir' in
tellcu' ul visione ipius s; ad
nobilissima atq' pfectissia' hec
aut' est coniunccio ad ipam z appli
ca'o sine medio frustra igit' cre
ata eet si ista pfccio no' eet ei
possibil' Simp no' est coniugabi
lis ad a'a nisi ppt' illam go
mag' illi Simp vnaq'q' virtu
z vnaq'q' potencia ppt' opti'm
sum actu' nobilissia' q' pfeccione

suam creata est Alie enim pfectio
nes ppt optima ac nobilissima
pfectionem sunt Creatura igitur
optimum cognoscibilis optima
cognicio et nobilissimum nobili
ssima optima ac nobilissima
pfectio est virtutis intellectiue e
talis cognicio creatoris optima
autem cognicio creatoris est illa
qm pdixi Semp manifestum e
quia localis distancia nec est
nec ee pt inter creatorem et aiam
humanam distanciam igitur spiritualem
solam inter eas ee possibile est
hec autem non pt intelligi in
si alto duorum modorum vel tum
pmo dissimilitudine et hec mali
cieque dissilat aias nimis a
creatore qui bonus est in ultimo
bonitate et hec est que pse et dure
phibet senti suauitate ipius
quemadmodum contraria disposicio
in palato corpis sentiri phibet
dulcedine vel alia suauitate
sibi Secdo vero tamquam dista
ciam spiritualem facit aliud app
hensum cum via non fuit ad app
hendendum creatorem hoc aut
est cum fuit apphensum ut res
remissum namque debes sermonis
quem dixi tibi quia ymago
leonis apphenditur quoque ut res
et quoque ut signum et cum apphenditur
ut res stat in ea et figit appho
sio et non puenit ad leonem Cum
apphenditur ut signum non stat
vera apphensio sed transit ad leo
nem et apphenditur p ipam leo

vides igitur qz uno modo ymago leo
nis est interposita inter apphende
tem et leonem et tamquam obex
obex figens in seipo apphensi
onem et phibens eam transire
ad leonem Alio vero modo vel
via velud non solum modo transitum
pbens apphensioni leonis sed
etiam transferens siue transuehens
apphensionem in leonem Et iuxta
istos duos modos currit res
in omnibus creatoris et creatore
qm quelibet creatura et res est in
se et via ad apphensionem cre
atoris et signum eius intelli
gentibus Tercio inmersio et in
crassacio quedam maior distancia
a e phibens pcepcionem luminis
et irradiacionis ab ipo sup eas
nec minus cum illuminacione intellectus
que debet ee pspicuus apte cor
pis etiam phibeat et incrassacio
ista et inmersio facit homines mori
ones et pene brutales Cum igitur
ista tria subtracta fuerint ab
animabus nris tunc erit possibile
descendere sup eas irradiaciones
huiusmodi naturaliter descendunt sup quas
dam substancias quo sunt alme
pmo et etiam apte susceptibilem ut
pdixi Creatura igitur quedam irra
diaciones huiusmodi naturaliter descendunt
sup quasdam substancias vz sup a
gelicas vnde et in quadam pfectio
ne sapiencie naturalis creatas illas
ee manifestum est Creatura vero
cadunt in eo beneplacitum creato
ris et post illuminacione huiusmodi

naturalem virtutis non est mensura
nisi placitum creatoris qui influit (bn)
de lumine suo quantum vult et quo vult
Opinati autem sunt quidam quia
splendor prophetie est secundum recepti
bilitatem nature hec est secundum dispo
sitione animarum super quas descendit
et propter hoc prophete sunt anime humane
super quas descendit et insuper non
equaliter neque uno modo super ipsas
veruntamen ista non sunt in dicta certi
tudinis quoniam similis diversitas invenitur
in influentiis illuminationum
que gratie tantum sunt et nichil ha
bentes omnino apte nature quod
vel eas augeat vel minuat sive
expediat aut impediat Jam igitur
manifestum est tibi per hoc quia
gloria intellectus anime humane est lon
ge sublimior quam gratia prophetie et
quam etiam illuminatio naturalis intellectus
angelici. Et quemadmodum beneplaci
tum creatoris omni comparabilitate
super omnem limitationem ipsius
et iam scis quia beneplacitum eius (beneplacitum)
non habet limitationem aliunde sed
a seipso. Et limitatio ista est in
ipso per se et potentia ipsius et divi
tie in ultimitate sue ampli
tudinis et copiositatis. Et limitatio
est in muneribus eius sive sint
nature dona sive gratie et etiam
penis malorum sive supplitiis (pena malorum)
que super innocentiam sunt quam iniquitatem
eorum requirunt. Ea enim est super
habundantia et divitie innate sue
ut mali nunquam ab ipso totum quod
merentur recipiant. (Non diliget nisi d.) Aggravata

igitur racio creationis Dico quod de
cet creatoris bonitate adducere
naturam humanam ad opus vbi et non
absistit eius iusticia et contrariatur
receptabilitatis eiusdem et sic tamen
vbi iniuria contrariat congruunt
vel etiam hoc requirunt hoc autem
omnibus electis quos hic pollu
sicut donis gratiarum suarum atque
virtutum quibus et dabit ut sit secundum
beneplacitum suum divinas Semper (pri)
sicud nata est vis intellectiva
cognoscere creatorem et videre veri
tatem seu claritatem ipsius. Et
nata est vis affectiva seu desi
derativa superior et nobilis sentire
bonitatem ipsius. Et nunc utraque
vel duceda est adhuc sum fine
nobilem iuxta modum quem
predixi tibi. Semper sicut illa nata
est illuminari seu perfici luminositissima
veritate creatoris sic ita iocundari
seu beatificari suavitate bonitatis
ipsius et nemo intelligens ignorat
quoniam intellectus principaliter atque
finaliter ad lumine prime veritatis
intuendum creatus sic et quoniam
ipsa lumine eius sic et suum proprium
et principale visibile ipsius sic et
prima bonitas sum desiderabile
et vera / ut / dicatur sum sensibile vir
tutis inter affine nobilis huius
modi aut indicari clarissimum est
quod nemo vel impletur vel perficitur
vel quiescit ~~circa ipsum~~ circa ipsum. Et
enim creatori placet omnia ali
a clarissime ostendere virtuti
intellective se ipso aut eidem

absconditо nemo dubitare potest
quin adhuc et vacua et imperfecta
remaneret nec reputaret se
quidquam cognoscere vel videre
ignorato vel non viso creatore.
Sic se habet et de virtute mea de
sideratiua quam dixi. quia
si possibile esset ei haurire omnes
suauitates que preter illam
sunt adhuc se vacua sentiret
et prime bonitatis suauitatem es
uriret atque sitiret. Corporales
quidem delicias fastidiret hoc
enim est earum proprium et naturale ut ipsa
sua habundancia fastidium sui
generent. Spirituales vero famem
sui sive sitim sua ipsa habunda
cia vehemenciorem provocant et in
flamant et propter hoc impossibile
est eis aliquem saciari extra fon
tem ipsum earum qui est indubi
tanter bonitas creatoris et
in promittit ei sacietas creatoris
et in promittit eis sacietas per
prophetas hebreorum quorum unus dix
it ad ipsum creatorem loquens
Saciabor cum apparuerit gloria tua
et alibi Torrentem voluptatis
tue potabis eos et inebriabuntur
ab ubertate domus tue. propheta
vero prophete cristianorum dicit quia
deducet eos ad vite fontes a
quarum. Manifestum igitur est per hoc
quia consumacio hec sine appropinqua
cio ad creatorem felicitatis est
et gloria et in plenitudo atque sa
cietas et perfectio earum. Semper si

accessissent ut nam ex ipso fonte
luminis hoc est ex ipsa prima ac luci
dissima veritate haurirent et ore eius
ita dicatur pleno biberent con
macionem sine saciam adequa
nate vel create sunt anime huma
ne non solum imperfecte sed misere
remanerent continuaque ve
hementi fame et siti spirituali
torquerentur. Hoc autem apparet evi
denter in viris sanctissimis de quibus
apud te non est dubitatio quin plus
descendat super animas istorum earum
et de lumine prime veritatis et de sua
uitate prime bonitatis quam super
alios quoscumque. Certum enim est
tibi quia quanto sanctiores sunt
tanto magis esuriunt et siciunt
predicta duo bona scilicet lumine prime
veritatis et suauitate prime boni
tatis et propter hoc magis affligun
tur fame et siti huiusmodi. Et hoc
senciebat idem propheta hebreorum
qui dicebat Quemadmodum desi
derat ceruus ad fontes aquarum
ita desiderat anima mea ad te
deus. Et iterum Sitiuit adden
anima mea ad deum fontem viuum
et alibi Anima mea sicut terra
sine aqua tibi. Coniunctio igitur cre
atore et ipso immediate est
quies omnium desideriorum et plem
tudo. Semper cum hanc virtutem
et largitatem dedit deus substa
ncijs intellectualibus ut applica
cione sua seu contactu assi
milent sibi receptibilia virtutum

Duo bona: lumen prime veritatis; suauitas prime bonitatis

suarum rationum primo receptibi
litatis earum sicut apparet in
ignis igne qui ferrum cuiusque sibi
ptha assilat ut non solum ignitum sed
ignis nominetur sicut omnis
facies speculum quod ei obiectum
fuit si mundum tersum quod fuit ipsum
sibi expressissime assilat similitudinem
suam expressissima eadem in
pigmentis et in odoribus et in sa
poribus et aliis innumerabilibus
se habet. Et multo fortius igitur
largitas et virtus creatoris
quas manifestum est esse in ultimitate
copiositatis ac redundantie
cuique assilabit sibi animas huius
ultimata illa approximatione
sic convictissima ut non solum deifi
dii dee cate sint sed etiam dee et dii et sint
et vocari nominentur et hoc in
dubitanter aliquos sapuit
antiquitas sicut apparet ex
philosophorum antiquorum sermonibus et
etiam poetarum. Et deos quia
nominabat viros magnificos
et strenuos ut Herculem omnes
quod illos qui secundum opinionem
suam laudabiliter et strenue in
hac vita se habuerant translatos
vel transferendos opinabantur
et deos eos fieri seu deificari
credebant. Et ex eorum apparet quod
et Saturnum et Iovem et Mercurium et
Appollinem et multos alios quos
deos putabant et ut deos cole
bant homines aut meliores sui

ipse ex historiis narrationibus
te certum est. Huius etiam ex
prophetis hebreorum ex persona cre
atoris deos vocat aliquos
de gente illa. Ego inquam dixi
dii estis et iterum ex persona sua
Deus stetit in synagoga deorum
in medio autem deos diiudicat.
Et si tam ex modica approxima
tione ad creatorem quanta videlicet erat
hominibus illis in vita ista quanto
fortius ex illa futura que incom
parabiliter maior erit dii cognomin
ari potuerunt nominari. Amplius in
comparabiliter maior sit influentia
ex largitate et gratia creatoris
que est post influentiam et lar
gitionem donorum naturalium hic in
hominibus seu animabus humanis
multo fortius igitur maior erit
influentia futura omni influentia
naturali quod ipsa nomina ostendunt
prius enim influentia benigni
gratia nominatur. Futura vero que
deos dilectas animas premittit vocatur
gloria quare et sic quesivi. Nec
autem intelliges dixi ad hoc
comparabile esse gratiam glorie hoc
autem in facili est quoniam nec sal
lem glorie sustinet per vite pre
ter infirmitates. Sustinet autem
gratiam prophetie que maxime ingen
gratias esse videtur. De hoc autem
melius docebere in sequentibus
ubi de ipsa scientia et veritate
glorie inquiram in inquisitione

pstrutata si deus voluit Item
si tante sint influentie donorum
et gratiarum creatoris in eos quorum
nulla sunt ad hec merita nulla pre
cesserunt ei obsequia quante
erunt in eos in quibus inuenerit
et digna merita et placita creato
ri pretessisse Sunt quia presertim cum
non ipse intendat ad calculos
meritorum sed magis attendat quid
deceat magnificenciam largi
tatis sue quam quid debeat meri
tis famulorum suorum et propter hoc non
videtur finitum id quod addit super con
digna premia meritorum tunc enim vi
care videtur ad calculos si fini
tum esset vel comparabile ei quod red
dit ex iusticia id quod super addit
ex sue superhabundancia largita
tis Item si inimicos eciam qui
quantum in eis est malis meritis
suis non solum restringunt sed eciam
penitus repellunt diuicias lar
gitatis ipsius quante erunt in
fluencie bonitatis et munificencie
ipsius ad amicos et famulos suos
Item si pulchritudines boni
tates atque suauitates sensibilium
ita rapiunt in se animas humanas
nec solum rapiunt sed eciam uniunt
tanta unione amoris quanta apparet
in passionibus et compassionibus passi
ones in quam dicorum sensibilium
et compassionibus animarum humanarum ad

illa quid factum est pulchritu
do creatoris et bonitas atque sua
uitas quas nec attingit admira
cio nec estimacio nec eciam cogitacio
Quanta vero amor istorum ad amo
rem qui tunc erit creatoris nulla
est comparacio Quando neque unio
omnis predicte ad unionem erit beatarum
animarum ad creatorem. Differt autem
quantum amor huius dei et unio animarum
miserarum ad sensibilia ebrietas est
unio insania captiuitas et in
super obcecacio earum Illa vero illumi
nacio est animarum miserarum et sapiencia perfecto
nis ultime libertas sunt atque
felicitas in ultimitate elonga
cionis a miseria et sanitas ad
quam nec lesio nec aliquid atti
git contrariorum nullo modorum.
Item cum adamas ferrum attrahat
tantaque velocitate rapiat illud
ad se et coniungat sibi approximo quod
non est nisi quoddam occulto amo
re naturali quid facient pulchri
tudo et bonitas creatoris cum in
notuerint animabus nostris et hec absque
ullo velamine et in proposito Item
ex comparacione cum pulchritudo et
bonitas creatoris super omnem
mensuram et comparacione ma
iores sint pulchritudine et bo
nitate quorumcumque aliorum siue
sint sensibilia et insensibilia anime
nostre cum equaliter utraque eis in
notuerint et libere atque munde fu
erint a corrupcione prauitatis

~~pulchra~~
amor

Motus animarum nostrarum
desideria sunt
amor vero virtus est et radix
huiusmodi motuum spiritualium

de qua sepe audisti. Ratio trahitur
ab eis proportionaliter. Causa hec est secundum
proportionem quam habent in virtute
predicta et beneficentia. Nulla est compara(ti)o
hec est pulchritudinis et bonitatis cre-
atoris ad amorem et attractum ali-
arum. Et inde super mensuram et com-
paratione erit amor pulchritudinis
et bonitatis creatoris ad amorem
et attractus aliarum et propter hoc nullus
erit tunc talis amor aut attrac-
tus quantum ad alias pulchritudines
et bonitates. Ex quo manifes-
tum est paradisum carnalem in
altera vita impossibile esse. Sic
enim quemadmodum valde tra-
hitur anima nunc a pulchritudine et
bonitate creatoris et hoc est quem-
admodum eis in notesalt e
hitur etiam ab aliis pulchritudi-
nibus et bonitatibus. Et qua-
de causa impugna magna
fuit hic a multis. Verum autem in-
valescat etiam hoc in hac vita
notitia pulchritudinis et bonita-
tis creatoris, extinguitur amor
aliarum. Amor inquam qua-
lem dixi. Tanto fortius igitur
plene innotuerint. Hoc autem est
quemadmodum si ymaginaveris
mobile aliquod quod trahatur dua-
bus virtutibus in partes contrarias,
exempli gratia nomine nobile
huiusmodi e et virtus movens ipsum
sursum nomine a, virtus alia
trahens illud in deorsum

Quod paradisus carnalis sit

nomine b. Manifestum est tibi
quod si a fortitudine prevaluit
b trahit impetum suam hoc
est in sursum ipsum b. Et inde si
in infinitum prevaluit totaliter
trahit ipsum impetum suam hoc
est in sursum ipsum b. Et ita
nec impossibile est aliquid
moveri simul contrariis motibus et
hoc est totaliter. Manifestum est nul-
lum esse motum ipsius e tunc
ad partem b. Et quoniam motus animarum
nostrarum desideria sunt. Amor
vero virtus est et radix huiusmodi
motuum spiritualium. Manifestum
est in altera animabus sic raptis
et attractis a magna pulchritudi-
nis et bonitate creatoris nullum
esse motum contrarium, hoc est desi-
derium vel etiam amorem ad
sensibiles pulchritudines et boni-
tates et quoniam v non et v non de-
sideratus impossibile est de-
lectatione esse in sensibilibus pul-
chritudinibus et bonitatibus de-
lectationem in qua qualem ibi
sompniat et delirat vulgus sar-
racenorum. Non enim visibile est
philosophis gentilibus illius de parte ista
tam erroneae sententiae delecta-
tione inlitare esse futuram.
Animabus seu hominibus glorificatis
exercentur que tunc erunt
et etiam corporibus eorum esse desie-
rint. Manifestum tibi fiet ipse
quietibus bonis huiusmodi delectatio
erit ex amore summe pulchr(itudinis)

vulgus Sarracenorum

tudinis. atque bonitatis et propter
hoc et propterea nullo modo ei qui vel
repugnans neque impediens
nullo modo earum delectationi
que erit in pulchritudine et boni
tate creatoris. Aliam ymagina
re mundum divinum seu secundum
aliam quod compatiatur civi
tatem deo dilectorum et ab eo electorum
hominibus theologi paucorum vocant
et ymaginare in ea duos populos
alterum sanctorum angelorum alterum sanctorum
et glorificatorum hominum. ymaginare
etiam inferni vel carcerem et
locum tormentorum ubi in malos
et creatoris voluntati rebelles
vindictam pro iusticiam creatoris
in iniurie et contumelie quas et
creatori et hominibus divinum in habi
bita vivent irrogarunt ymagi
ginare etiam locum alium nichil
habentem huiusmodi tormentorum ubi
positos parvulos qui nate cor
ruptione originali preterea aliquid
addiderunt nec contra eam in me
dicationis remedium receperunt
Dico igitur quia omnes gloriosi homines
sunt sic in statu quietissimo
eis ac decentissimo. decet enim
modis omnibus creatoris famu
los ac ministros esse cum eo et
ipso eiusque consortio perhabeas et possibile
est. Nichil enim in decentibus re
gi militi atque magnifico quam
solitudo et paucitas militie
atque familie nichil decentius
glorie ipsius quam multitudo mi

litie militie dico indute et or
nate atque decorate prout decet
regalem magnificentiam. Et
ut ille status sit secundum hoc et huiusmodi
est tam in hominibus quam in aliis
substantiis nobilibus qui et
creatoris militia et eius de fa
milia digni vocari sunt
vel erunt. Dico quia iste status
congruentissimus est glorie creatoris
decorum autem est quod decet et propter
hoc maioris decoris est maiorem
nuptam eum atque in domo
sive aula sive in palatio suo
et ubi sic se habet magnificentissi
mam domum ipsius et speciosissimam
aulam nobilissimam quam mili
tiam eiusdem tempore suo non esse
est. Et si dixerit quis quam
non est conveniens ut homines sil
et sub spirituales in una scilicet domo
vel palatio habitent cum homines
corporei ille non incorporee
et incorporales sunt. Videndum
est ei quia multo amplius in
conveniens videri debet eidem
quod anime humane cum corporibus
habitent cum incorporales et corpora sua
longe sit maior differentia
naturarum homines enim et sic corporea
sunt secundum partem et hoc partem
dico inferiorem et ignobiliorem
Incorporei autem secundum partem
propriam potius quam secundum hoc in
statu illo glorie simillimam
convenientius autem est ut cor
pora humana sequantur animas suas

z trahant ab eis in sublime
sctii alacrius qua ut ipe traha
tur ab ipis in sublime sctii ala
oris qua ut ipe trahan ab eis
in loca in fiorem habitacion
earum minime congruentem dico
eciam quia si mo iste homis est
ignorancis gliam corpm gli
ficator Si enim scimus qual
de sctis est nale spuali sicut
tibi patefiet in sequentibus nul
latenus hoc dubitas Dico eciam
quia si mo pphetus quo ac
atordans est rex glie non
bz dubitacione sue veritatis
aput intelligentes Non pe
aut intelligi rectius rex glo
rie quam uno istorum modorum
vz uel ut intelligatur regnum
eius glia z quia papua pars
regni ciuitas est in qua se
des est z solium ipius quare illa
sola tota glia est z omis in
habitantes in ea gloriosi seu
glificati Et ciuitas illa mi
to ciuitas glie vocata est z dice
da Et quam glia pfecta est sed
alibi didicisti impossibile est
in ciuitate ia glie aliquid
ee imperfectionis Alio modo intelli
gitur rex glie quo modo dicitur
z rex iusticie quam iustissimus
quadmodum dicitur vas pulch
tudinis vas pulcherrimum z q
mch bz in decentie ul defor
mitatis Sic rex glie rex

gloriosissimus quam cuius reg
num est in ultimitate glie z nich
habens glie repugnans
seu contrarium necce igitur est reg
num totum eius quod est vniuersi
tas hoc est vniuersa series
sctorum sic se habere vz ut sint
in ultimitate pulchritudinis
sedum omes partes suas z hoc
put congruit z expedit vniuer
sitati tempore suo Et ppt hoc
necce est ut z vniuersitas an
gelica z vniuersitas hominum sit
vnaqueque tpe put decet eam ee
z put decorum est eam ee in
tpe uno quoque z quia decorum
ac decentissimum est ut prima ac
suprema habitacio habitatori
bus seu ciuibus nobilitate
eisdem congruentibus imple
atur quod impossibile est fieri
nisi ex angelis z hominibus vtrisque
glificatis Non enim vas est neque
conueniens aliquid ee vestitum
nisi glia omne enim aliud ves
timentum ul ornamentum indecens
est regi glie z regno glie
imperfectam autem vestimentum z
imperfectus ornatus in hoibus est
glia animarum necce igitur est gli
ficandarum animarum corpora glia
quam congruente suo tpe vestiri
Tercio modo intelligitur rex glie
p appellacionem vz cuius solius
est z cui tota debetur glia. et
venite est omnia suo tpe

converti in gloriam ipsius Non
solum igitur glorie humane quo ad
eos congruit perglorificationem
suam convertende sunt in gloriam
ipsius Et etiam corpora eorum Que
admodum igitur anime totius glorie
inuiture sunt perglam quam
acceptiue sunt ab eo Sic corpora
ta tota in gloriam eius et ob
sequium convertenda sunt tempore
suo propter hoc adeptura gloriam
que illi statum et officio con
gruat Amplius sicut alibi dixi
esti mors plaga est non solum
animalis nec humane sed etiam co
universitatis contraria ut eam etiam de
struat huiusmodi autem iudicium
certissimum est quod naturaliter horret et
fugit ab hominibus nichil animal
nale naturaliter horret et fugit Natura
igitur humana naturaliter non ad mor
tem tendit nec ad illam ducat
homines naturaliter Creatore manifestum est
plaga huiusmodi saluandam esse
tempore suo si enim imperator de sua
sive in grege vel armento ne
mo sustineret plagam mortis
sive etiam mortalitatis si ea
avertere possit Quanto fortius creator
universi humano quod velud grex
eius est primo nobilissima ama
bilissima possessio eius non sus
tinebit plagam mortis sive
etiam mortalitatis quin eam aveat
tempore suo Amplius quis patrem fami
lias peste seu pestilencia a

penatibus suis si possibile ei fuit
non depellat Quis dominus vero
in regno suo que totum illud
vastent si hoc posset facere non
avertat Et quia manifestum
est quod genus humanum pars prin
cipua ac nobilissima est post
substancias abstractas et nobiles
regni creatoris Nature igitur
et bonitati creatoris postremum
ista et vastitatem abigere a reg
no suo Mors igitur et corrupcio
finem habebunt Genus humanum
Eodem modo est argumentum
in ruina domus quam vero
domus creatoris et universitatis
hominum et aliarum substanciarum no
bilium et opilibus velud duobus
parietibus edificata seu constru
cta ruit autem alter paries
totaliter per mortem quam cecidit igitur
ista ruina in domo sua perpe
tuo sustinebit an eam reedi
ficare possit atque statum et stabi
litate perpetua Quis paterfa
milias ruinam huiusmodi repa
rare negligeret et domum suam sta
bilem facere si posset Et si dix
erit quis quia ruina que per
morte fit vel corrupcione re
parat creator cottidie per novorum
hominum creatione debet re
mitti eius quod audistis in pre
cedentibus et in hoc eodem capitulo
quia reedificacio huiusmodi continuo
destruenda continue quod ruens

domus dei

puuli in orignali

non reedificatus est tamen cum destru
ere quantum reedificatur et altera par
te perinde est ac si nichil reedi
ficaret adaltiam non propterea quo
minus non videt vel qualiter susti
net bonitas creatoris tantam
curiositatem tantamque instabilitatem
tam peccati edificii
sui. Cuius cum paterfamilias ru
inam continuam in sua domo
vel edificio sustineret maior eius
eam advertere prevaleret

Revertar autem redditam
Rquia creatoris aula sive
palacium cum repletum fuit
substanciis spiritualibus et homi
nibus glorificatis erit secundum magni
ficenciam regum et glorie crea
toris est et secundum ultimum deco
ris et decoris perfecti. Quare ex
parte creatoris et ex parte sua erit
secundum optimum ultra quod nec melius
nec decencius possibile est esse. Hoc
dico et de inferno quia nichil
magis decet carcerem et locum tor
mentorum quam malefica et infessi
mi cruciatus eorum. Unde secundum
ymaginacionem positam erit in
ferno secundum ultimum decencie et deco
ris et hoc cum pulchritudine iusticie
creatoris que ibi et in magni
tudine sua et rectitudine lu
cidissime apparebit. Sic est pu[...]
possibile erit glorificatis oculis
tam spiritualibus quam corporalibus
magnitudine rectitudine
et pulchritudine illius conspicere

et videre. Quia non puniti qui
nichil culpe addiderint origi
nali corrupcioni nichil pe
ne actualis de iusticia divi
na passuri sunt et hoc est quod
pena actualis non debetur nisi
culpe actuali. Manifestum est
eis non deberi nec decere locum
eius aliquis pene actualis.
Et quod digni gloria non sunt nec
potest qui cum originalem cul
pam remedium quod est gracia sancti
ficationis non receperunt lo
cus glorie eis omnino non decet.
Decentissime igitur collocati
sunt secundum positam ymagina
cionem in loco qui nec sit
pene actualis glorie. Et si dixerit
quis quia impossibile est huius
modi homines fore sine pena ac
tuali in quocumque loco sint nec
cognoscant se fuisse creatos
ad felicitatem et gloriam et non ad
eptos illam. Dico quia sensus
huiusmodi non est verus. Non
enim creati fuerint ad illam
vident se nichil iuris habere
in illa et sibi non deberi illam.
Quemadmodum igitur vides in multis
hominibus que absque molestia
et dolore sustinet se non esse re
ges principes quia ista sciunt sine
iniuria sua et contumelia esse
hoc. Sic et isti absque ulla pena
et cruciatu sustinebunt se absti

palacium dei

Infernus

puuli abasus

In die pasce
sermo

nebunt se non obtinere felicitate
et gloriam regni illius subli
mis atque preclari. Si no dyo
erit quia videbunt se potui
sse obtinere illam propter hoc
dolebit quia non obtinuerit
et hoc ipsum dissolves propter
tu exemplum. Non enim est
homo qui natali possibili
tate prohibitus huiusmodi fuit atque
non sit tamen in miserabiles
qui omnino non dolent pro eo quod
reges fieri non sunt. Non est igitur
consequens ut si aliquis homo
aliquid obtinere naturaliter possibile sit
quod propter hoc doleat quia illud
non assequitur. Iam igitur manifes
tum est tibi quod secundum positam y
maginacionem status huius
sitatis hominis est secundum optimum
sui et in ultimitate decoris et
decoris, nec non et multitudine sue
pulchritudinis et quia proprium sat
fit simul intencione creatoris et iusticie
ipsius atque nature humane et natu
hominis. Nature quidem humane quia
reddit ei suam perfectionem naturalem, quoniam
tu admittes naturales exitiores
quas exercet per corpus. Reddit
etiam ei corpus secundum hoc reddit
inequa quale contingit ipsi naturaliter
quod est dicere in mortale sicud
alibi didicisti nec solum quale
congruit ei naturaliter sed etiam quale congr
uitus ipsius et statui. Statui
quidem glorie congruit corpus

gloriosum cuius gloriam consequen
tibus audies. Statum vero eterne
miserie congruit corpus quod eam
perpetuo sustinere possit et tale
~~redit~~ reddit natura humane in
vita ~~humana~~ futura secundum positam
ymaginacionem. Sed tales fit etiam
secundum hoc statum puerorum qui
contra corrupcionem seu ma
culam originalem satisfactionis re
medium non acceperunt. Huius
est status penna decentissi
me quantum ad gloriam creatoris tam
propter intencionem ipsius quam propter
iusticie. Similiter et quantum ad salub
ritate et utilitate nature humane
nec non ad ultimitatem eiusdem perfectio
nem quantum humane nature po
ssibile est cum equitate et iusticia
creatoris. Hunc igitur statum eliget
primo elegit eterna apud se
ipsam sapiencia et bonitas cre
atoris. Quare manifestum est
decere statuendum esse sempiternam na
turam humanam. Item quia nul
lus motus nature frustra est
naturaliter neque naturali impossibilitate
prohibitus ab eo fine in qua est.
Eterna igitur appetitus immortali
tatis naturalis est et naturaliter inditus
hominibus quemadmodum fuga mor
tis hoc est timor et horror illius
est manifestum et ~~quia~~ immortalitate
que est finis huius appetitus
et evasione ab ipsa morte non
esse naturaliter impossibiles hominibus

Status puerorum

Immortalitas

nec aliud intendo in sermone isto
nisi quod naturaliter possibiles sunt isti
duo fines huiusmodi hominibus
possibiles quidem per modum
recepcionis et non super anatam in
tenti sine intentati Non enim
sic intelligo possibilitatem istam
quemadmodum dicitur possibilitas
hominis cuiuscumque homini cendi vel fiendi
regem Regalitas quippe non
intenditur anima humana neque
directio humane nature advenit
sed magis ab accidente et in directo
sicud et tota eius que est volun
tas sive electio hominum ad quas
pertinet reges intelligere vel consti
tuere Insuper tota intencio nature
perficitur et impletur absque hoc quod
conveniat ei regalitas seu regia
dignitas Non autem sic se habet
immortalitas ad naturam humanam
quoniam sine adepcione immorta
litatis non efficitur perficitur natura neque
intencio eius non pervenit nature
ad finem in quem tendit per duos
principiatos suos motus scilicet appe
titum immortalitatis et fugam
mortis Amplius nullus motus
naturalis est hominibus in regiam

dignitas

dignitatem sive vel potestatem sed magis
ex cupiditate et ambicione est
desiderium huius potestatis hominibus
autem quod rarissimum est ex creatoris
creatoris dilectione vel hominum proporcionet
hoc est ut creditur ab hiis qui
potestatem huiusmodi suscipiunt vel

deo placere vel hominibus expedire
ut ipsi regnent creduntur et propter
hanc solam causam regnare
se sustinere manifestum igitur quia
huiusmodi possibilitas non est
possibilitas per se et ordinata
ab huius fine Racionabiliter consequens
est quia possibile est humanam naturam
recipere immortalitatem possi
bilitate per se et ordinata ad
illam perveniat vel tota vel
in parte quod si tota esset quia in
parte perveniret ad illam Iam
audisti super hoc alias raciones
propter quas impossibile est quod
in parte eciam non perveniat
Amplius iam alibi audivisti
quia et si contingat speciem ali
quam in aliqua parte individui
duorum suorum perfectione sua vel per
fectionibus privata esse impossi
bile tamen est non universaliter pro
illa vel illis Omnino impossibile
est universaliter et perpetuo aliquam
speciem remanere universaliter et perpe
tuo in privacione seu potencialitate
sine perfectionibus Aliogin frus
tra et vane creata esset a crea
tore huius autem exemplum est in
minerarum metallorum et gemmarum
aliorumque lapidum nobilium Ma
teria enim omnis que per se materia
est non creatur ut sit materia tamen
sed creatur propter perfectionem creatur
in qua in materialitate sua
ut in ea permaneat Huius ex

potentia est intelligas minera
auri non est minera ut sit mi
nera tantum neque ut remaneat
in hac materialitate que est mi
neralitas sed propter aurum ut aurum
fiat opera fiat Certum igitur materiam
ut materia non est utilis nisi propter
id quod ex ea eruturum est Mani
festum est quod non creatur vel est
ut sit vel remaneat materia
tantum quoniam eius esse sit inutile esset
Sapientia autem et bonitas creatoris
non permittit hoc ut esse creetur
vel sit inutiliter spes aliqua
vel tota hoc est secundum omne in
dividuum suum Quare impossi
bile est spem aliquam rema
nere totaliter in sua materialiter
vel potentialiter nature igitur est
vnaturaque sperum vel in totali
tate sua vel in parte individuorum
suorum ad id pervenire quod super dispo
sitione perfectione vel actum Certum
igitur spes humana in hac possibi
litate seu potentialitate crea
tur ut opera possint fieri in
mortales homines Quia enim natura
est saltem aliquas fieri in
mortales habent igitur mortem
que nunc est hominum Sequitur oppor
tunitate immortalitatis Hec autem
est vita immortalis Amplius nichil
magis erigit homines a deiectione
vitiorum et passionum inordinatarum
quam spes future immortalitatis
et retributionis nichil magis eos

cietat atque confortat ad acquisi
tionem virtutum atque custodia
et ad compositionem morum su
orum totamque vite sue decora
tionem quam spes future immor
talitatis et hoc apparet in hiis
qui nichil boni sperant in vita carnali
futura qui omnia credunt cum
ipsa hac vita penitus relinquen
hiis enim nullus est amor virtu
tum nulla cura componende
vite sue sed totos se tradunt et
exponunt instar iumentorum
voluptatibus corporalibus quia
qui spem istam tollunt demen
dio negantes eam virtutes
etiam de cordibus humanis ex
stirpant totumque vite humane
decus atque decorem in bruta
les delicias atque turpitudines
transferunt et deformant Mani
festum igitur est hanc opinionem
radicitus esse perniciosissimam atque
pestiferam humane vite et in
super ipsi creatori contumeliosi
ssimam que et amorem virtutum
salubrium extinguunt in homi
nibus et creatoris cultum et honori
ficentiam exstirpat radicitus
et laudem creatoris aufferat ex
orbe ore hominum/ Vita namque
in mortua ebrietas scilicet et in sana ebrietas
deliciarum carnalium etiam ab
anima humana cogitatum abra
dit et abolet creatoris/ Ferro igitur
et igne profliganda est et scindit

exprimanda huius opinio. Non tamen
igitur probacionibus contra eam
pugnandum est quam tormen
tis et cetera. Si dixerit quis quia
propter divicias, potestates et corporales
Divicie delicias conponenda est et ornan
da virtutibus et moribus vita pre
sens, tu ipse vides quia ista sunt
que tota turbant et confundunt
vitam presentem hominum et ipsos eciam
homines usque in insaniam subver
tunt. Et hec est una ex causis
propter quas sapientes ipsas fugi-
unt tamquam pestes. Vides eciam
quia hec sunt que homines avertunt
magis a creatore et ab omni cul
tu et honorificencia ipsius. Non
inducunt igitur homines ad honori
ficandum et colendum creatorem,
quin potius abducunt. Ista eciam
sunt ex quibus sunt lites
et iurgia, sediciones et bella,
ebrietates et furores hominum in
vicem. Nec valet igitur propter ista
que cultum et honorificenciam
creatoris adeo impediunt, quas
maxime cultores creatoris maxi
me fugiunt et contempnunt, ex
quibus mala que predixi cetera
sunt, colendus vel honorandus
erit creator. Item si propter hec
sola honorandus vel colendus
esset creator, cum utique esset si alia
vel meliora ab eo non separentur
vel consecutus est, quoniam cum
colendus esset creator cum utique
esset, qui igitur ea non habent

absoluti essent omnino a debito
cultus et honorificacionis crea
toris, et aput eos causa huius
modi debiti non esset. Et si dixe
rit quia ipsa vita presens bonum
magnum et ipsa anima bonum max
imum, dicimus et corpus totum
et membra singula bona et mag
na sunt. Hoc utique dicit et ve
neracione largicione tantorum bo
norum obnoxios sibi nos fecit
bonitas creatoris et debitores
eorum obsequiorum que exhibere
eidem in pondere possimus. Verum
adeo lesa sunt omnia hec et cor
rupta in nobis originali cor
rupcione, de qua tot et tanta
iam audivisti, et aliis causis
que de iusticia predicta, ut ex
eis neque decorentur neque accep
tabiles creatori fieri possimus,
et propter hoc necesse est nobis ut
in idem ea abluamur et novis ad
iutoriis a creatore adiuvemur.
Hec autem adiutoria sunt que
virtutes et gracias et dona doctrina
christianorum exhibere nunc novit.
Dato autem quod est secundum intencio
creatoris ut propter hec obsequia
nostra predicta nobis munera lar
giatur. Non enim indiget hiis,
sed nos eis indigemus, ut per hec
creatori nos acceptos et pla
citos exhibeamus et per eadem
ab eodem incomparabiliter meliora atque
sublimiora obtineamus, hoc est.

igitur intentio ipsius adiuvare
nos hic huiusmodi adiutoriis ut
non solum iustificatia eius et inna
ydoneos nos faciant maiora
ac precellenciora accipere sed etiam
eiusdem iusticia nos dignos
inveniat ut talia nobis com
mitti debeant. Causa propter ma
nifestum est quod sicut bonitas
nature ex dispositionibus bo
nis naturalibus preparat et ydoneam
facit naturam humanam sic gratia ad
iutoria eandem preparat non
solum ut ydonea sit ad ea
que sunt felicitatis eterne
et glorie sed etiam ut et digna ex eisdem
adiutoriis de his autem licet mul
ta per prophetas ebreorum et dicta et
scripta sint genti illi. doctrina
tamen christianorum de huiusmodi adiutoriis
dignitatibus et retribucioni
bus que creatoris refertissima
est et gratiam adopcionis heredi
tatemque regni celestis studio
sissime attollit et predicat ex quo
manifeste sequitur resurrectio
mortuorum et glorificatio corporum saltem
ex parte. Contabilitur autem gratia ista
cum bono per bonitate et largita
tem creatoris. Dico igitur quia
si rex aliquis in hominibus habe
ret regnum ditissimum ac preclarum
et non esset ei nisi unicus filius
Regnum autem huiusmodi commo
di vel mancercei esset ut pre mul
titudine heredum nulli minu
eretur ipsi unigenito regis gloria
multa atque preclaritas pre multitu

dine coheredum atque consorcium
accresceret bonitas et largitas
ipsius regis multos filio suo con
sortes advocaret et multos fi
lios sibi gratie adoptaret licet
autem apud nos in hominibus
multociens factum est quia cum fili
os proprios non haberent extrane
os adoptabant nec dubium
est apud intelligentes quod etiam
si multos haberent filios proprios
per quantitatemque gratiam adopcionis
aut per quantitatemque multitudine
adoptivorum nichil deperit uni
genito creatoris de divitiis aut
gloria regni sui quin pocius augetur
ei gloria excelsior ultra omnem ad
mirationem. Cum ex multitudine
militarium ex multitudine et mag
nificencia principum augetur gloria
regis unigeniti augetque quanto fortius
innumerabilis multitudo regum
celestium erit ad decorem et gloriam
regi regum omnium. Cum enim de
cem regibus imperare tanta
gloria est imperantibus regibus in
qua terrenis et omnibus terre
nis regibus imperare tanto
maior gloria terreni imperatoris
quanto maior est numerus atque po
tencia regum terrenorum quam
decem quanto magis omnium regum
celestium obediencia et subiectio
erit ad gloriam regis omnium seculorum
seculorum. Manifestum igitur est quia do
minantissimus ille imperator que
dei filium dixi sive intendat

adoptivi

ad gloriam suam sive nobilitatem
bonum prout decet divicias bonita
tis eius atque iusticiam communi
tate advocat et adoptat sibi
consortes atque coheredes regni et
regni glorie sive mirabiles quos
secum glorificaturus et coronaturus
est et nouissimo et assimilaturus sibi
assimilacione que deceat mag
nificenciam largitatis ipsius et con
gruat nobilitatibus ipsorum. Dico etiam
si posset eos equales sibi fa
cere in gloria, hoc est si ipsi recepti
biles essent ullo modorum eosdem
sibi in gloria adequaret. Non
oportet autem doceri quia natura
possibilis per semetipsam nullo
modorum receptibilis est equali
tatis ad eum qui est natura ce
pre ex omnibus modis suis qua
qua receptibilis sit similitudinis
licet a supereminencia ipsius inco
gitabiliter longe distantis. Nec aliud
senciendum est de largitate
et magnificencia bonitatis ipsius
creatoris. Cum enim has divici
as hancque profusionem munificencie
creatoris qua dixi negant
vel ignorant consequenter et dedita
tem ipsius negant et minuunt
sue largitatis eidem velud
et unde quid enim largitur. Boni
tas creatoris modicam valde
est ad nobilitatem et gloriam regni
celorum et glorificationem atque co
ronacionem regum mirabilium.
Cum igitur eam negant maxime
sive quantum ad munera largita

tis aufferunt creatori et propter hoc
male de bonitate ipsius sen
ciunt ymo non largitatem
decet sed avariciam potius vel strictissimam
de eadem sompniant
et deliriant. Item pone quis ex
ternis magnatibus sive prin
cipibus militis qui equum
suum in bello quendam ami
serit illi non restituat sive
reddat. Cum et alia dampna
unde conspicuis eius incurre
rit eidem non resarciat aut
refundat. Cum a igitur clara crea
toris atque dilata conspicuis eius
corpora sua pro eorum morte amit
tunt, nunc licet creator ex boni
tate sua et iusticia restituere
tempore suo. Quod si dixit quis
quia corpora illa ex dono re
ceperunt creatoris, sic eadem
eis donavit quod eadem sibi
retinuit non a se ab aliena
vit. Contra que creatoris erant
amiserunt que non sua tamen et
propter hanc causam non tene
tur creator huiusmodi eis facere re
stitucionem. Attende igitur quam
primo iste homines est erro
nei et hoc declarabitur tibi duo
bus modis. Primo quia secundum
hoc sublata est spes mercedis
et retribucionis sublata in
quam dei servitoribus ut nulla
sit apud creatorem omnia na
que bona sive sint virtutes et
que sive grata creatori

obsequia dona sunt creatoris
Si igitur propter hoc quia corpora mea
dona sunt ipsius non est debi-
tor retributionis eorum ipsorum
corporum multo fortius neque ip-
sorum sibi quorumcumque obse-
quiorum cum omnium obsequiorum g-
nibus ista prestare potest eidem
mors corporum sit que propter eum
suscepta fuit. Illo modo de-
strui deliramentum istud quod
si humana corpora dona cre-
atoris sunt mea tamen aliquo
sunt et tanto magis mea quanto
illa in obsequiis creatoris
occupaverunt etiam alibi
didicisti prius quia obsequia
que ex amore solo gratuito
intenduntur dona sunt apud
eum cui impenduntur et propter hoc
obligant ipsum ad redonationem
seu remuneracionem sive retri-
bucionem. Donant igitur adeo
vita et deum diligentes homines
creatori corpora sua cum ex amo-
re solo huiusmodi illa morti-
bus exponunt faciunt igitur ipsum
convenientis retribucionis sibi
debitorem. Hec autem est quedam
omnium hominum opinione conveniens
retribucio ut in primis resti-
tuat dampnum corporis per mortem
amissi et de divine bonitatis
largitate que ut iam dixi
tibi non vacat talium interim
si magis attendit quid magis
sufficiam et si oiam eius deceat

erga fideles suos et sui supra-
dicti gratia corpori qualem audies
in sequentibus ipsi forte dixe-
rit quia ibi convenientissimum
est quod clementie creatoris illis
corpora restituere qui per eadem
ea morti exposuerunt. In animis
vero qui ea propter mortem naturalem
non illatam illa licet in suo ser-
vicio amiserunt nec dignum nec
iustum est eis ut restitutio
sit amissorum corporum fiat cum
non servicio creatoris illa ami-
serunt. Dico igitur quia hoc iste
dei largitate et liberalitatem
contrahit etiam in fide notissi-
ma atque certissima hominum
bonitate. Nullus enim est hominum
qui dampna servorum suorum que
servicio suo meruit eis non
resarceat et qui non turpe si-
bi et erubescendum reputet
huiusmodi dampna non refundere eis-
dem. Quanto igitur erit liberalitas
atque largitas creatoris si que
avaricia hominum vel vivo vel ullo
modo sustinet ipsa in fideles
suos sibi gratissimos ac devo-
tissimos operetur. Qualia habebunt
corpora post resurrectionem

Quod bona igitur operis que
prestiterunt evidenter e-
luxit et declaravit tibi
animabus suis reddenda esse cor-
pora sua in vita que erit post
dem. Manifesta est igitur tibi dissimi
litudo causarum predictarum et causa
litatibus suis sciam autem scientie
quoniam in rebus uoluntariis hoc est
rebus que per uoluntatem nostram uel
fiunt uel acquiruntur nichil potest nisi
ipse motus celestis. Huiusmodi autem
prima declaratio est per ipsam liberta
tem nostre uoluntatis. Dico igitur sicut
et alibi per me audiuisti quia tan
ta est libertas huiusmodi ut non
patiatur eam cogi ad suum actum per
se qui est uelle neque prohiberi ab
eo inuitam hoc est dicere si uelit illud
esto enim quod cogatur inuita uel sub
iectum eius inuitum uelle aliquid et
nonne id a [illegible] Secundum hanc positionem
igitur ipsum subiectum est uolens et hoc
ipso [illegible] magis est nolens a ...

velle

~~volens ipm volle quia igr ipm~~
~~volle~~ quia igr ipm velle a est no
lens et h pp a est magis nolens
ipm a qm pp vim quez illud
magis est igr nolens id go n co
actu n inbitu vol a. Qm dico
quia no potest phibe velle a
si vult velle a. Esto em q phiberetur
si possibile est. dico quia prius
vult velle a/ Cu velle simr non sit
nobile nisi propter a neqz aliud
q vult velle nolitu ee potest n
propter illud neqz aut sup q ~~tibi~~ tussit
Cu a propter velle a no est nolitu
aliquo s vo nisi propter a. Cu a ppe
erit a no solu volitu s magis no
litum s magis nolitu volt igr
a no go phibitu e a volendo a
potius aute erat ipm co phibitu
Manifestu igr iam feci tibi quia
no est possibile aliqué cogi ad
volendum aliquid qd nolit vel
ve illud neqz phiberi a volendo
ipm Cum velit velle illud/ et est in
tencio mea h in hoc smone de
voluntate qua aliquis vadit dicit
nolo ul ~~me~~ ne nemo vadit dicit qui
no facit illud si potest/ de volu
tate qua dicit quis vellem no
est intencio mea in hoc smone h
em voluntas magis est desideriu
q voluntas/ ipm magis optativa
est quam imperativa Illa aut est im
pativa q qui vult aliquid fieri im
pat eis quorum obediencia est neccessa
ria ad faciendum illud vimquez
faciat q suu est Ut aliud vides in ope
scribendi q si vult aliquis scribe
hui9di voluntate impat oculis et
manibus motus ad scribendum necessaria

nos atqz inscisione calami et ali
as operationes ad hoc Iam igr de
claratum est tibi ph q voluntas
mea sedm intencione qua dixi
no subest neccessitati motus celestis
nec cuiqm alii neccessitati qua ppt
neqz ea que subsut voluntati
aut q ab ea sive p eam Ut em
libera e voluntas p semetipsam
natë est libera ea que subsut
eius imperio h aut dico ppt h qm
motus membror nror interdum
no subsut imperio voluntatis Ut
apparet in eis quorum manus liga
te sunt sive pedes de quibus mani
festu est quod salvuit pmotum
celeste neqz ligam p ipm puo
p voluntate potate habent nisi
Cu hus igr et hui9di que pnt no
sub ee imperio nre voluntatis et
vim et violenciam et neccessitate pati
potest voluntas mea et nos ipi
Cu in sua ppa operacioe et immede
que est velle liberrima e ut dixi
Omni et inscipua h em impossibile
est ut velit coacta ul inbita ut
volit aliquid Manifestu igr est
tibi qm nec voluntas nec res volu
tarie subsut alicui neccessitati Cu nre
voluntati ul aliene ul ptim nos
em ipi ul paciendo ul eciam ad
nuado impedire possum9 voluntates
meas ab opibus operacionibus que
sunt in corpe ul p corpus salva p
omnia p libertate ipar quantu ad
prima et immediata operacionem
ipar ubi manifestum est q phibi
cio hui9di opm no est nisi volu
taria ul nre voluntatis ut dixi
ul aliene ul ptim patest em

Voluntas vera
no potest neccessitari motu
celesti nec alii

quibus ligare sibi manus vel pedes
aliquo adiutorio vel artificio vel
adiuvare ligante. Manifestum igitur
est tibi per hoc ex celestium motuum ne-
cessitatem in rebus voluntariis
aut ex voluntatibus humanis omnino
ut dixi dependant et sint. Amplius
voluntas humana non inclinatur in
aliquid violentia vel necessitate
ut dixi sed consilio vel suasione
metu et spe et aliis passionibus (Voluntas humana)
et hoc est non nisi sponte et propter hoc
per apprehensionem vel veram vel plures
ex motibus non celestibus nulle
sunt ei apprehensiones sed magis
ex rebus nisi forte cogitet de ipsis
motibus sed rerum voluntariarum nul-
le sunt eius apprehensiones ex illis.
Ergo nulla inclinatio est volun-
tatibus nostris ex huiusmodi motibus
inclinationibus aut voluntatum
nostrarum sunt voluntaria. Item hoc est
actiones nostras que ex illis sequuntur
aut per illas sunt. Nichil igitur adiumen-
tis celestes dederunt huiusmodi.
Amplius apprehensiones omnes creantes
voluntarias aut similitudines sunt
huiusmodi rerum aut per similitudines earum
sunt apprehensiones aut sicut
alibi didicisti cause sunt generantes
affectiones aut alio modo eas imprimentes.
Cum igitur motus celestes non sunt
cause apprehensionum non erunt cause
affectionum causatarum ab illis et propter
hoc consequenter neque operum quorum ille
cause sunt. Quoniam enim neque principio
ex quo per modum affectionis sunt et
media et postrema non esse causa
non erit causa alicui medio et post
ultimo nisi postremo huiusmodi ante

gratiosissima lucidissima que ex-
cogitata sunt quorum unum est in motu (opa)
solis et die et anno solari. Quoniam
celum quod solem involvit non daret
tamen motum ipsius vel esset causa
motus ipsius non esse causa diei
vel anni. Et adhuc modus se habet
de aliis et quoniam non est causa efficiens
ignis vel in hoc ut sit vel in hoc
ut calidus sit non erit causa effi-
ciens calefactionis vel combustionis
que ex illo fiunt. Quod autem movent
te sermones vulgarium hominum errone
causalitatis ignorantium qui causam
combustionis dicunt vel illum qui
vel ligna applicat igni vel lignum
lignis vel alia combustibili. Similiter
dicunt homines imperiti quia qui sub-
trahit columpnam edificio vel suffo-
dit fundamentum illius causa est et
ruine eiusdem et revera causa quidem (ruine)
dum est non autem efficiens casus
ipsius qui est motus naturalis in
deorsum cuius principium naturale et effi-
ciens ponderositas et huiusmodi cum
vocaverit non nulli causam sine
qua intelligentes non fuit ruina
edificii et revera non est causa in
aliquo genere causarum que alibi
audivisti. Quoniam est dubium que dicuntur
adiuvantia causas ipsas vel tolle-
do impedimentum prohibens eas opera-
ri vel prestando aliquid quo ea
ipsa indiget adhuc ut sit operans
in effectu quemadmodum vides exemplo
columpne prime posito et in exemplo
fundamenti quoniam qui subtrahit colump-
nam vel fundamentum edificio ruenti
nichil novum prestat ponderositati
que est causa efficiens ruine
illius sed tollit impedimentum

prohibens eas operari vel prestando aliquid quo causa ipsa indiget ad hoc ut sit operans in effectu quemadmodum vides in exemplo columpne promoto et in exemplo fundamenti quoniam qui subtrahit columpnam vel fundamentum edificio ruenti nichil novorum prestat ponderositati que est causa efficiens ruine illius sed tollit impedimentum quod erat prohibens operationem ponderositatis edificii hoc est descensum sive ruinam ipsius edificii. Prohibebat enim columpna vel fundamentum motum edificii in deorsum et tenebat illud in alto ita natum ipsius edificii. Similiter et fundamentum sed ipsum faciebat. Qui vero vel ligna applicavit igni vel ignem lignis donec sese contingerent prestitit indubitanter novum adiumentum ipsi igni quantum ad actionem combustionis ipsius lignis quantum ad passionem in contiguitate sive contactu vel approximationem sive quorum alio non prestituit adeo fortes atque vehementes actiones. In motu autem celesti et voluntatis actionibus et passionibus nostris non ita possibile est fingere huiusmodi adiumenta nisi quis forte dicat quod sol luminositate sua adiuvat voluntates operationes nostras et maxime illas in quibus actus videndi requiritur. Et sartius adiuvat venditores lignorum in venditionibus eorum ex prolongatione frigoris et augmentatione ipsius. Fiat enim secundum positionem astrorum ut et sartius et marinis et coriosius venditum. Similiter et marinis navigantes est domus

ventorum secundum ipsos et interdum nonnumquam impediat secundum eos. Similiter et volantes in aeris adiuvat et ad sui modum sese habet. Decedens secundum opinionem eorum et de hiis et de huiusmodi multos libros impleverunt et omnes libros iudiciorum astronomorum. Manifestum autem est tibi quod huiusmodi adiumenta non sunt digna ut debeant planetas facere et causas efficientes nostrarum voluntatum nostrarum sed quarum voluntates nostre sunt principia effectiva. Amplius si celi luminaria et stelle per motus suos et alias dispositiones cause nostrarum voluntatum nostrarum quas dixi aut erit hoc per intentionem et voluntatem ipsorum aut preter intentionem eorum et voluntatem. Et si per intentionem eorum et voluntatem ipsorum cum vicia peccata sint voluntaria apud nos alioquin non vicia essent nec peccata neque ullo modo eorum aliquibus imputanda causis an dubus ipse utique sole male erunt omnibus humanis vicijs et peccatis propter in secundum errorem istum non sit possibile hominibus causis huiusmodi resistere que per naturales dispositiones suas et motus necessarios operantur naturales enim dispositiones suas et motus necessarios operantur naturales enim dispositiones earum non augeri nec minui vel ullo modorum mutari per quos possunt quare non ea que ex hiis naturaliter per modum effectionis sequuntur. Amplius sequitur ex hoc maliciam stellarum et luminarium et celis innatam esse et eos esse naturaliter malos et ad mala homines intendere quare non solum malos esse sed et doctores hominibus quibus

planete

Motus celestis

sint malicias omnium volunta(tum) acto
res. Iam autem destruxi tibi hoc
in alio capitulo declarat eadem materia
iudiciorum scilicet astronomie. Quia non preter
intencionem et voluntatem eorum sunt
voluntaria mala. Sunt igitur a casu sive
casualiter. Quantum ad ipsos casualium
autem nec ordo est nec certitudo nec
semperitas nec eciam frequencia quidem
nec scientia. Ergo nec ipsi astronomie
super huiusmodi credendum est neque eius
professores super talibus consulendi.
Et hoc est quod intendebam scilicet decla
re quod motus celestes non sint causae
ullo modo necessitatis apud res
humanas

Quoniam autem alibi circa hoc mul
ta tibi dicta et scripta sunt per
me procedam ad destruccionem
ymaginaciones per quas eam isti erro
nei posuerunt. Dicunt igitur operuit
esse implexionem seriem causarum unam
quod intellexit magnus et composuit in libro
suo de deo deorum. Primum igitur quod
est ab eis dicitur intelligant ista seri
em sic implexionem et continue fluen
tem a primo causante usque ad ultimum
ita ut aliquod causatum primo fluat
a primo causante ~~usque ad ultimum ita~~
~~ut aliquod causatum~~ qui est creator
benedictus fluat in quia immediate
per necessitatem et ab illo alius simili
ter modo et sic donec devenia(tur) usque ad
ultimum causatum vel circulat hoc immo
sinitum vel non est ita. Et si dicunt
quod a primo causante fluat primo et
immediate unum causatum per necessitatem
nature est ut fluat ab ipso primo
dum nature aut per voluntatem. Et de
modo nature iam scis quod longe sit a nobi
litate et gloria creatoris. Quoniam sicut

dedicasti caput de hoc nam operantur primo
dum sunt et 2o simul. Amplius
non est liberum nature non facere
quod naturaliter facit non est ei potestas
aut libertas neque electio super facere
et non facere quare modus operacionis
nature nullo modo congruit crea
tori. Sicut neque servitutibus aut servi
litas neque magis decet magnifi
cenciam eius atque potestatem aliqua
qua libertas. Est igitur causatio
primi ex operibus creatoris per volunta
tem eius liberrima quare non per neces
sitatem. Non igitur est concatenatio causarum ista
in plexio per totam seriem causatorum
et causatorum continua in qua est cer
tissima necessitas. Amplius si primum operibus eius
creatoris est substancia intelligens non
operatur nisi per electionem et voluntatem
alioquin nec bene agere nec male posset
nec recte nec peccare nec aliquid eius imputa
tandum esse admittitur vel ad culpam
ad laudem vel vituperium propter hoc continuit
bene nec male agere posse nec culpabitur
aut laudabitur quidquid facere posse di
citur quoniam non est potestas super facere et non
facere. Quia ex necessitate fecerit ad ea quae
cupiunt et necessitate autem ab eis quae
timent non libertate scilicet illius appli
cantur et continua declinant quare si fuerit
substancia facere sibi necessitate ad
aliqua vel resiliet ab eis neutrum
esset eis imputandum hoc est neque incli
natio sive applicatio ad illa neque re
silicio ab illis. Amplius intellectus esset
superuacuus et omnino inutilis in huiusmodi
substancia intellectus in qua quis cog
nosceret quae ei agenda quae declina
da essent. Cum ista cognicio esset in huiusmodi
substancia nulli usui vel fructui. Amplius neque
ea quae virtutis sunt essent agenda

huiusmodi substantie nec ea que vitiorum de-
clinanda nec illa eidem lex imponenda
neque cum eodem de moribus agendum
Sicut neque cum brutis animalibus aut
lapidibus tu necessitas legem non habe-
at nec legi subdita esse possit quando
nec intellectus virtutum aut vitiorum neque
cognitio boni et mali intelligibilium
esset in ea nisi frustra. Est similiter quia
propter bona et mala sensibilia adipiscen-
da vel declinanda hec non est verum cum
ad hoc ipsi sensus virtute estimativa
sufficere possent et deberent eidem
Cum per huiusmodi intellectus agendorum et de-
clinandorum quem vocant practicum non
est nisi ad hoc ad agenda scilicet intelligi-
bilia bona et declinanda intelligibilia
mala hec autem ei impossibilia sunt
intellectus huiusmodi erit in ea ad finem
impossibile. Est enim frustra. frustra
enim est omnis virtus et omnis potentia
cuius operatio est impossibilis / et res ista
currit per totum ordinem vel seriem sub-
stantiarum nobilium abstractarum / in toto
igitur ordine illo non erit propter peccati
conveniencia i plerorum causarum initia
et in evitabilis atque in mutabilis hec
est nec in toto ordine intelligentiarum
quas posuit aristoteles et sequaces eius nec
in omnibus ipsis ordinibus angelorum sanctorum
quos ponit doctrina christianorum et est in-
tentio mea in hoc sermone de necessitate
qua non necessario operatur. Sicut predixi tibi
et hec est necessitas servitutis sive similitudinis
In causis vero que per sapientiam vel pruden-
tiam et electionem operantur libertas
est super operari et non operari nulla necessi-
tas impellens vel cogens eas ad
operandum nisi forte quis dicat vo-

luntate sive imperio creatoris coge-
tur causas huiusmodi adimplere vel exequi
iussa eius vel beneplacita ubi cave-
dum est tibi a sermone coactionis
et intentione eiusdem / non enim ipse
intentio sermonis huius currit in
eis causis que voluntarie operantur / quia
quem vulgaris usus atque tritissimus
habeat ut cogi se dicat amore in-
primis qui amore fortissimo eidem
est obnoxius et astrictus / dicitur etiam secundum
hunc modum aliquis operari amore
cogente quem maiore voluntate maiore
quod libentius atque gaudentius operatur
Causa autem in huiusmodi sermonibus est
quia quemadmodum violentia cogit et virtu-
tes seu vires coactum totaliter sibi sub-
iectas habet ita ut contra ipsum nichil
possent hec est nullatenus resistere viole-
tie ipsius. Sic in vehementer ama-
te tota voluntatem eiusdem amor
occupat et possidet ut totaliter volu-
tati iubentis non velit / et si amor sunt
fortissimus atque firmissimus nec contra vel
~~levenit~~ possit qualis amor est in
sanctissimorum angelorum tam fortis erga
creatorem / ubi dubium non est quia
quemadmodum amor ille nec minimum vel
ullo morum tepescere potest apud eos
Sic neque voluntas adimplendi quod
quod iubet eiusdem sive dignatio crea-
toris / et huiusmodi voluntatis fortitudo
atque in mutabilitas est cum mutabi-
litate et fortitudine est amoris cre-
atorem / Tu autem certum habes quod coactio
actio omnis ex debilitate atque de-
fectu patientis illa et maiori cogentis
virtuti quod hec resistere non valentis
manifesta est igitur tibi diversitas in-
ter sermonem coactionis sive violentie
in tentione et ista vulgariter in

Amor cogens

ipsam tum illa ipsa sit cum firmita-
te virtutis illa sustinebis ista vero ex
fortitudine ipsius et ex hoc quod coges
illo modo coacti virtute impedit et
ad contrariam operationem sua virtu-
te impellit. Voluntas autem liberi mo-
do sit amante virtutem eius amorem
et obedientiam nullo modorum impedit
quin potius eam augeret et confor-
taret et augmenti et confortationis ca-
pacem et susceptibilem magis redderet. Certum
enim est quia gaudium vere ac perfecte
amatum non tamen eorum quos amat
necessitatibus subvenire. Sed etiam eorum
dem parere beneplacitis et mandatis
Sentire etiam debes quia quemadmo-
dum bonitas creatoris prohibet ipsum
quominus possit minui vel mutari et
dei libertas — prohibet ipsum quod non potest nisi bene agere
non solum non minus libera est primo
hoc est convolunitate ac supereminen-
tia libertatis. Sic nec superlatis illis ac
nobilibus substantiis quod non possunt vel non
angeli — amare creatorem vel non velle quod
sciunt ipsum velle vel non facere quod intelli-
gunt ipsum iubere eas faciendo ex de-
bilitate sue virtutis ullo modorum vel
ex depressione vel lesione aliqua liber-
tatis. Tale enim agere aut virtus est
aut ex virtute aut etiam virtuti fieri
sicud alibi didicisti. Sicud igitur quod ali-
quis non potest virtus fieri vel virtu-
te sine opus facere virtutis ex oppositio-
nibus eidem est libertatis sed ex magni-
tudine et fortitudine ipsius. Sicud se
habet in creatore et in pronoiatis sub-
stantiis. Sed enim omnia sunt ex elonga-
tione vel etiam ipsa elongatio a virtu-
te ex elongatione autem a virtute
impossibile impediri libertatem vel le-
di quibuslibet modorum. Iam igitur manifestum

est tibi per hoc quod implexio causarum
non currit cursu causali naturalis
atque necessitatis huiusmodi in substantiis in-
telligentibus abstractis neque in ali-
quibus aliis substantiis quantum ad acti-
ones voluntarias et quod necessitas obe-
diencie voluntarie non contradicat li-
bertati nec ledit eam ullo modorum quin
potius perficit eandem et quod non possunt
obedire iussis creatoris pronolate
substantie nobiles non est ex debilitate
vel impotencia vel defectu virtutis quin
potius ex fortitudine habundancia et
perfectione ipsius. Et si dixerit quis
quia non abstractionibus huius currit
res sicud currit et quia istam non fa-
ciunt debere ut non sit cursus causarum
necessarius hoc est aliud non esse vel non se habere
impossibile. Dico nihil quia voluntas
creatoris sublimis aut benedicta non
est super huiusmodi cursum causarum nec
ita semper sit et non aliter quemadmodum
non est super virtutes moventes celos
ut semper ita eos moveant neque
super motus celorum aliorumque corporum
celestium vel ut semper sint vel ut ita semper
sint quin potius cessatura sint mo-
tus huiusmodi et virtutes moventes eos
si virtutes intelligentes sunt et mo-
ventes eos voluntarie. Sicud posuit
aristoteles et sequaces eius met eos mo-
vere in fine seculorum currentium intelli-
gentes voluntate creatoris esse in hoc
ut dico et desistere nobis angelis qui
ad multiplices utilitates hominum do-
minantissimo fuerunt creatori cessan-
tibus utilitatibus huiusmodi cessabunt et mini-
steria eorum que propter eas adimplebat
quia propter in eis etiam inbeni non solum
aliter posse esse sed etiam aliter in locales
non forte quin sine operatione modo angeli

sancti cunta homines quesque non operabuntur
Manifestum igitur est quod in operacionibus
corporis huiusmodi neque implexio necessaria per non
necessaria neque eciam sempiternitas aut
perpetuitas locum habet. Iam eciam putosum
est tibi impedientibus quod in rebus vo
luntariis que apud homines sunt. Cir
locum non habet necessitas aut implexio
cum tanta sit libertas voluntatis huma
ne ut neque cogi possit ad sua propria
ac propriam operacionem que est velle vel
prohibere ab illa inbuta. Ineris aut vo
luntariis que sunt ex velle et post ipsum
corporalibus scilicet actionibus locum habet prohibi
cio et coactio ante deum ingenitum sunt
motus corporis aut membrorum ipsius
aut contrarius motus. Inbuto enim
violenter homini in statu insipiencie [illegible]
possit moveri corpus eius et membra
et prohiberi a motu per ligaciones aut
alia impedimenta. Dicas autem me
dixisse inquantum motus corporis aut
membrorum involuisse dicam inquantum
sunt actiones voluntarie. Exemplum huius quoniam
in manu alicuius pretendere ponit thus [illegible]
omnino indubito expertus obmittere seu
remittere et movit manus huiusmodi ad
pedes ydoli et poni thus in ydolum
per manum ipsius. Responsio ista non
erit thurificacio neque actio voluntaria
quantum ad ipsum neque eciam motus volun
tarius sed violentus erit aut thurificacio
voluntaria fortassis et veneracio ydoli quan
tum ad ipsum qui violenciam infert
huiusmodi et hoc si intencio eius sunt in
hoc ut sit ydolum venerandum.

Forsitan autem dicat aliquis quod
ista implexio est in ipso sermone
que dixit quidam contingentes
prius occupaciones in qua sermonis
huius aut exemplum est quando in

aliquis contexerint scribendi voluntas
et aptitudo certa quod omnia que requiruntur
ad hoc ut potencia scribendi exeat in actum
exibit necessario in actum et eodem scilicet
de hiis quorum causa est actus scribendi
in aliis quoniam sequitur actu scribendi
in aliis et hoc necessitate simili qua actus
scribendi secutus sed ex sua causa et aliis
adiutoriis et ita in infinitum vel usque
ad novissimum causatum. Cum de causa
cuiuscumque singularis vel contingencia vel
eventus erit necessarius et hec racio dicere in
dixit aliquis me in adolescencia mea
ut michi videtur nullum ex singularibus
contingentibus habere causam huiusmodi
vel unum vel plura sibi aggregata cum
quam coniuncta sed qua posita de necessi
tate ponatur. Audies et alia ante me
premissa exemplis. Dicto igitur quoniam fortassis
verum est quod posita huiusmodi aggregacione
cause efficientis et eam adiuvancium propter
adiuvancium necessitate est operacionis de
inceps vel operis non autem operis ipsum
vel eius perfectionem et hec dico in hiis que
generantur vel per successionem temporis fiunt et
hoc est quoniam aut consumacionem vel perfecti
onem operis huiusmodi possibile est vel
ipsam causam efficientem omnino non esse
vel aliquid de aggregacione illam adiu
vancium sicut vides in edificacione
domus cuius causa efficiens est voluntas
edificantis vel edificari facientis quia
voluntate possibile est mutari in con
traria voluntate antequam perficiatur domus
hec et omnino desinere esse similiter possibile
est facultates ei auferri seu furto
subripi possibile eciam est prohibicione
ei fieri ne edificet et alia multa im
pedimenta evenire quibus impeditur
perfectio domus. Eodem scilicet et de scrip
tura sine actu scribendi quia igitur hii

rer ul euentuum pfatos pendet ex ag
gregatione multorum possibilium quorum
quedam non existere impedit eius p
fectio Non est igitur necesse ut in fluc
tibus sive aggregatis causa efficie
te coniunctis et adiuvantibus necesse est
ut dicti operis ul operatione incepe
seu inchoata et qm ad eius pfectione
seu ad consumatione stabilitas totius
aggregationis huiusmodi si illa conveniret
sequatur consumatio Verum qm ipsa sta
bilitas necessitas dicta non est necessaria
stabilitate stabilis primo non est possi
bilis non est necesse ut ex predicta aggrega
tione sequatur necessaria consumatio et pro
pter quia non est verum in rebus hu
ius ex aggregatione sepe dicta sequatur
eius consumatio nisi in ea intelligatur
totius aggregationis permanentia Quia
non est necessarium ut sit ea que est
computata ibi stabilitate sequatur
consumatio seu pfectio necessaria nisi ipsa
permanentia necessitate firma intelli
gatur et adhuc modum se habet in om
nibus causis operantibus in tempore sive
per successionem Quod eundem apparet
in claritate diei que causa sit ex revo
lutione solis super terram tamquam
ex causa efficiente tamen non est necesse
ut sit ex illa necessario ut illa sit ex
ymplus solaris per impediri quantum
ad operationem istam ul per nubilium aut
nubes ul per eclipsim solis ul per ad
ventum multitudinis locustarum sicut
plurimum quam sit in terra palustine et in
partibus egipti Fluxus igitur solaris
non est necessaria necessitate stabilis
Quicumque etiam est tibi quoniam actiones
multe et etiam in mirabiles pendentes
sunt ex operis facientibus qui non sunt
contra voluntate patientium multo

tiens. primo quemadmodum vides in
illuminatione hominum a sole et in cale
factione corporum absconde possibile non
consimilibus hominibus avertere se ab lumine
et a calore ipsius et multi hoc faciunt
abscondentes se ab eo ul in silvis
ul in antris ul in locis subterra
neis ul in aliis ad hoc edificatis et
aptis Quod audire potuisti de ethi
opibus et aliis et si intenderis in hoc
erit tibi facile solutio questionis que ali
quantum difficilis visa est ad solven
dum hec autem quo illa Cum causa non est
in potestate nostra causa in qua qua
posita ponatur effectus non erit effectus
in potestate nostra et est intencio mea
in sermone isto quod est esse ul non esse
in potestate nostra ut tunc dicatur in potestate
nostra cum in facere possumus ut aut ul
sit ul operetur aut prohibere ut ul non sit
ul ne operetur Econtrario consequens videtur
ut causa non est in potestate nostra ul
quantum ad esse ul quantum ad operari nec
effectus sit in potestate nostra cum causa
esse possumus Cuius exemplum est in
sole et die de quo manifestum est quod non
est in potestate nostra dies quia nec sol
quantum ad esse suum neque quantum ad opera
ri operatione qua diem operatur que
operatio est lucere super terram neque
enim prohibere possumus esse ipsius solis
neque eius lucere super terram aut
avertere aut nullatenus impedire
et id manifestum est quia non est in
potestate nostra ut dies non sit eodem
modo neque ut dies sit quia a sole
existente super terram non possumus
facere huiusmodi sic ul ut luceat super ter
ram manifestum igitur est quia causa
huiusmodi non est in potestate nostra neque
effectus Econtrario si effectus est in potestate
nostra et causa quia et causa cause

Cum quel3 causaz usq3 ad p̃mam
effectus sit aliculus cause. Quare si
aliquid est in ptate nra cũ ipa
p̃a causa in ptate nra. Quia igr̃
ipa non est in ptate nra p destr̃
tionem co̅sequētis sequr̃ nichil
omo ee in ptate nra. Quare
nichil eoz que sunt ul̃ fuit est
in ptate nra ul̃ ut sit ul̃ ut nō
sit nichil. ergo possum aute de hijs
que sut ul̃ fuit ut possum ut ꝑ
auterc ul̃ phibē ne sint ul̃ fiat
aut face aut pcurare ut sint ul̃
fiant. Quare omnia erūt ul̃ fiet
ul̃ euenient ex necitate quantū ad
nos. Nulla igr̃ erit libertas nra
nulla omo ptas. Dato igr̃ in
ptha · h̃c q̄ nō solū cauendum est tibi
ne ſtm aliquid dicas ul̃ sencias
de creatore budio. Sz etiam timendū
te reuerenter et cu̅ sp̃tis examinan
tissimis q3 ſmonibꝯ loquendum
est nob̃ de eo qui nec spem ulla
nec suspicione erroris habeant
Quia igr̃ causam p̄ma ee in ptā
te nra sonat in subiectione ipius
que co̅stat nō solū ee liberrimu
Sz etiam omnis ſcl̃oz dnatorem do
minantissimū indubitant male
sonat ſmo huiꝯdi spem habes
erroris pessimi. Deo tn̄ illud
manifestū est et nō habens du
bitacione quia quēadmodum
nō possumꝯ facere ut radius solis
intret p fenestra aliqua tn̄ pos
sumꝯ phibē ne intret possi etiā
aliquid quo facto intrabit. Sicut
ud aperire fenestram ul̃ aliud
obstaculū amouē et ob hanc cau
sam interdum dicit̃ in ptate

nra ee ut domꝯ nr̃e illuminent̃ a so
le quia v3 p̄sto sunt lux solaris
et bona dispositio aeris si concurre
rint eis amotis phibentibꝯ obsta
culi tota n̄ enim nichil de formise
ab actionibus est in ptate nra
v3 neq3 comede neq3 bibe neq3
ambulare h̃c est qm̄ vita nra et
durat̄ nra requir̃ ad v̄uniquēq3
istoz. Non est aute in ptate nra
ut durat ad comestionem buccelle
v̄nius ul̃ ad haustum modici vini
ul̃ donec pficiamꝯ v̄num passum
Eodem̄ sch3 et de sanitate mebroz
atq3 virtutis gressibilis non enim pos
sim conſuare sanitate pedum
donec pficiamꝯ etiā passum dum
du via etiā requir̃ circa que
quid possumꝯ et nō possumꝯ manī
festum est tibi de omnibꝯ huiꝯdi que
nichil eoz est totaꝯ in ptate
nra h̃c est ab omnibꝯ adiumētis
et impedimentis suis. Intende etiā
in opa creatoris que opa in nob̃
qualia sut dona gracie atq3 virtutū.
Dico igr̃ quia in ptate nra est
aute nos a largitate et bnficencia
ipius · quantū ad huiꝯ. quemadmodū
possibile est tenēti vas aute nos
a largitate et bnficencia ipius illud
desup et cadente pluuia ul̃ obstru
ere eius orificium aut obuertē fūdum
ipius ad pluuiam. Sic enim stulti
et mali hoies faciūt du corda sua
que sut vasa virtutū et gracia℞ re
ceptacula conuertūt ad vicia et p̄c
cata auertūt enim vasa huiꝯdi a lar
gitate et bnficencia creatoris que pa
rata est desēdere velud ymber de sur
sum a fonte redūdantissimo que est
bonitas creatoris et sicud vides

ptha

homines autem oculos suos corpo
rales et plerique oculos cordium au
te aliue primo quod est deus altissimus
dum virtutes suas apprehensiuas
nobiles ad alia cogitanda et inqui
renda intendunt atque conuertunt
patefactum igitur est tibi per hoc et huiusmodi
exemplum quia multe sunt deceptio
ombus prime cause quas possumus
auertere uel prohibere ne fiant in nobis
virtutum non circa voluntate creatoris
id est in vita et propter hoc non est verum
si intimius ac diligentius consideres non
est hoc ipse atque tota in potestate mea
in hoc est ausio uel preuersitas sic
et adeo sit in potestate creatoris ut
eam prorsus a nobis tollat cum voluit
et dispositiones quas et preparationes ad do
na sua recipienda nobis dare possit
quandoque sine sunt condignatio bonitatis
eo igitur sinente aut permittente sic
ab eius muneribus manemus
sine uasa cordium morum autem et propter
hoc eadem non recipimus et hoc sacius
operimur sine virtutibus naturalibus
quas nobis ipse donauit. Non igitur
ex aliqua potestate qua ei resistere
possumus adeo peruerse agimus. Vides
ergo quia ipse non est dicta esse in potestate
mea contra que nichil possumus
exceptis viribus ab ipso nobis donatis
per abusione ipsorum et tamen non iniuste
sed iusto iudicio permittente non
tamen creatorem impedientes sed nos
ipsos iniustissimos ledentes dona
eius optima a nobis repellimus ad
modum siquis eruat sibi oculos
contra solem cuius lumine a se re
pellit hoc facit neque in lesionem
aut detrimentum ipsius sed in propriam

lesionem. Apparet igitur tibi ex omnibus
ante dictis cum ea diligenter conside
raueris quia intencio eius quod est
esse in potestate non dicit ipse et simul
et secundum totum nisi de creatore quia
in eius potestate est vniuersitas eorumque
sunt ut sit uel non sit uel fiat uel non
fiat et contra virtutia et preterea destruere
et reformare omnino quia est hoc est ex
nimie ac dominantissime potestatis ipsa
autem facere uel prouocare ut fiant
non est ullo modo potestatis eiusdem
quia hoc est debilitatis ac vilissime
seruitutis. Vere igitur aliquid sit
in potestate mea iam tibi determinatum
est quia ipse ac vere ac non sit in
potestate mea sumus et propter nichil vere
ac ipse in potestate mea quia nichil uel
facere uel esse facere sine potestate ut
sit sufficientius. Quid omnium est tibi
rationibus qui maxime videntur
esse in potestate quales sunt actus
comedendi bibendi ambulandi
Causa autem in hoc est quia ad hoc
vniuersitas talium sit uel fiat requiritur
aggregatio multa cauendorum adiuuan
tium ad hoc ut illud sit uel fiat. Ea
non intentione qua dicitur intendo
aliquid est in potestate mea videlicet secundum
quid uel quia possum aliquid facere
quo facto illud fiet uel non fiet non
sequitur ullo modo necessitas aut
impossibilitas circa nos neque lesio
ulla mee libertatis. Et neque etiam
sequitur ut si aliquid possim tria
essem aliquorum creaturis uel alterius
cause quod propter hoc possim aliquid circa
ipsum uel circa illam quamsum cum
est quia aliquid possum in illa re

que sit in nobis aut circa nos a
sole n' tamen aliquid ppt' hoc in
sole possimus vel circa ipsum. De fato capitulum
Post hec tussibo ad investiga
cionem fati et fatacionis
rearum psonarum que vulgo
dicuntur fate et fatandi potestate
habere utrum sint vel non sint et quid
sit ipsa fatatio secundum intentione
eorum qui eam posuerunt. Dicta igitur
quia fatum secundum intentionem una
e fortuna vel infortunium adversitas
vel prosperitas exaltatio vel depressio pre
ordinata seu predestinata aut prepa
rata alicui in ipsa nativitate sua
vel ante et hec est intentio secundum quam
astronomi stras iudiciorum suorum
fatidica nominant et dicunt fatum ab
usione a forfaris tamque constellacio
nativitatis vel conceptionis vel
etiam alterius hore precedentis con
ceptione et nativitate hec fata su
loquta sunt presignanda sive presigni
ficanda. Alio modo et alia intenti
one fatum intellexerunt cultores
multitudinis deorum porciatum et pro
dictum a propriis diis quos colebant
predictum in quia denunciative opina
bantur enim deos explicite loqui vel co
monitorie et comminatorie et denunci
ative. Et ea non que comminatorie vel
commonitorie dixissent posse cavi
ne evenirent denunciata non necessa
ria evenire tamquam decreta et sta
tuta deorum unde et fata tamque
dicta et predicta deorum ipsorum quos nec
tiri impossibile esse credebant non
mansurum. Fatum igitur secundum inte
cionem ista est sententia et assertio
deorum ipsorum dicendo vel fando ex
pressa et denunciata mortalibus de
magnis eventibus alicuius. Non enim
dicitur fatum de cottidianis et modi
cis eventibus. Dedit autem causam
huius huic opinioni multorum narra
tio et assertio hominum et maxime mulierum di
centium se audivisse deos loquen
tes in nativitatibus hominum et mul
ierum eventus istorum. Et usque hodie
apud multas nationes est huiusmodi
opinio et forsitan apud omnes et
multos exegisse (?) multitudinibus fatatos
sit dicunt i. magnos eventus
eorum a diis vel deabus antiquitus evenis
rent prefatos sive predictos. Et po
suerunt quidam deas esse que ista
prefarentur aut predicerent maxime in
nativitatibus hominum forsitan similibus
narrationibus et assertionibus hominum
dicentium se audivisse deas collo
quentes de eventibus nascentium vel
forsitan arbitri sunt quoniam
deas assistere presentibus hominumque na
tivitatibus quam deos et hoc licet
supersticiose et pene aniliter dictum vi
deatur quia vel famose vel fabulose
tamen pene communiter dicitur et fatatam multa
de antiquis et quidam etiam huius
mei temporis mihi non multum longe a cir
ca nativitatis mee non est pre
mittendum quoniam de hoc aut veritas
sit deus voluit aut desilitando q
ratum et temptatum an per me valeat in
benni
Sciendum autem est tibi quia
fuit ex ytalicis philosophis quidam
eloquentiam usque hodie to
ta latinitas non immerito admiratur
et inter ytalicos sapientiam eius repu
to et arbitror admirandum qui dixit

fatum

fatum et ymarmenen idem esse non distinxit inter ea nisi nominibus tamen dicens fatum esse causas colligatas per quas res rebus conexione serie oriuntur vel fiunt et in alio sermone dixit quia fatum est ex omni eternitate fluens veritas sempiterna quibus sermonibus et si veritatem explicare sibi visus fuit racione tamen et explicacionem propter nominacionis non apparet nobis nec facit nos scire quare fatum sit nominatum sic. Reministe autem eorum que audivisti in precedentibus hic est in prima particula istius qui est de sermone et in prima parte tocius spiritualis ac divinalis magisterii de verbo primo seu de primo genito quo primus genitor primo eciam locutor semetipsum dixit

primus genitor

eternaliter ante omnia tempora et antequam aliquid crearet et eciam dixit eodem verbo quecumque facturus erat et quecumque futura erant sive in rebus sive de rebus ita ut nullum eventibus vel rerum vel hominum quod non in eo verbo et per ipsum dixit. Omnino nec ordo nec modus in tota serie seculorum ab eo pretermissus est vel tacitus quare quicquid tunc erat futurum tunc fatus est et loquutus et propter hoc fatum sive dictum esse huiusmodi. Unde igitur videri potest nominatum fatum primogenitum verbum quia dictum ab ipso primo locutore et primo genitore. Verbis enim quod dictum aut fatum non solum res dicta est ipsa faccio sive diccio ipsius qua res dicta vel facta dicenda est. Hec igitur racio videtur esse nominis seu nominacionis fati

fatum primogenitum verbum

et cognovere soli verbo creatoris in quo et per quem constituit et ordinavit apud semetipsum ante secula tota seriem seculorum atque causarum omnisque eventus bonum qui dicuntur fortune vel infortunia et bona quidem omnia tam nature quam gracie quam future glorie et eciam temporalia sive corpora de quorum numero sunt pene et afflicciones depauperaciones et contumelie paci paupertas omnia que tormenta huiusmodi et eciam mors que omnia vulgaris stulticia nominat et tamquam mala fugit eadem et prout potest repellit. Mala vero culpabilia que vicia dicuntur atque peccata dixit apud semetipsum futura atque providit non voluit ut essent ex ipso vel ab ipso vel per ipsum quem non decet gloriam eius et bonitatem ut sit causa talium. Statuit igitur apud se in verbo suo omnipotentissimo et per ipsum non prohibere ea esse sed limitare atque ordinare et moderare limitare quidem ne eo usque prosilirent quocumque mali homines vel mali demones vellent aut suggererent. Moderari vero multiplicibus repressionibus ac resistenciis quas omnes sola totaliter novit sapiencia ipsius ordinare quocumque ut non ante vel post fierent quam ipse utilitates illas ex eis elicere propter quas illas ea permittenda pocius elegit quam omnino esse antenda seu prohibenda

His igitur ita determinatis cave diligenter ab intellectu et intencione sermonis tocius quo

fatum a gentibus et christianis et ad paganos relegatum

dicunt homines valde metu sup sorte
fato euenit hoc vel prefatum quando si
fatum intelligatur ibi verbum dei
altissimi non potest vel dici de bo
nis vel malis vel gratie vel gloriae vel temporis
seu fortune et nomine fortune intelligo
ipsa bona antedicta que vulgus
in sapientum in fortuna nominat cum
nemo sapiens dubitet illa esse
bona dei dona multiplicat fruc
tuosa bene utentibus et inestima
bi preciosa verbo quippe dei atque
per ipsum facta fuisse omnia et fieri
quecumque opera creator et fienda
quecumque facturus est declaratum
est tibi in prima parte tractatus cuius
et habet usus antiquorum sermo
num prophetarum gentis hebreorum hoc
enim unus dixit verbo dei celi fir
mati sunt et ex verbo et doctrina
christianorum rectissime sunt huiusmodi
sermonibus hoc autem est quod ver
bum istud illis maxime innotuit
et ipsum legis sue latorem aucto
rem et predicatorem indubitata
fide tenent ipsum et patri cultus
honorificencia cum ipso genitore
suo in trinitate deitatis tota
deuotione ac studio venerantur
non apud eos qui docti sunt de gen
te christianorum recipitur sermo huiusmodi
fato euenit hoc vel prefatum quando
non intencionis huiusmodi quam
dixi vel qua significet verbum
dei nomen fati est apud eos totaliter
sic enim non reciperet absque distin
cione expressa atque declaratione
cauent enim sibi non in mito non
solum ab erroribus impietatis tum

inque sed etiam ab ipsa specie et suspicione
eorum in sermonibus et colloquutionibus
suis hinc est quod fati nomen abhor
rent tamquam sonet vel in verba eius
ydolatriam quam summo opere detes
tantur vel inuidet tamquam aulis seu
vetulanis in sapientie delinimen
tum non te contubbae poterunt aut
debebunt argucie sophistarum dicen
cium postquam creator dixit eternaliter
omnis euentus futuros et verbum eius
immutabile est ponentem modum
eorumque dictio vel assercio necessaria et
omnino impossibile est ipsum mentitum
tum fuisse necesse est igitur euenire
vel verum esse quodcumque dixit Et
remisteris [?] istam argutiarum quas
in precedentibus de prouidencia crea
toris audiuisti ponitur enim fir
te habe vices in omnibus que circa
verbum dei vel deum obiciuntur quemad
modum in hiis que circa prudentiam
et vanie tibi a sermonibus duplicem statum
aut duplicitates de quibus audiuisti
vel expresse significant vel insinuat
vel discrepanciam siue dissimilitudinem
inter verbum dei vel deum qualis est
verbum mentiendi vel dicendi falsa
ut falsitas verbi dei aut filii verbi
dei ista enim dicunt discrepanciam
inter verbum dei et res de quibus est
discrepancia indubitanter impossibilis
impossibile enim est aliter esse in rebus
ut se habe res quam deus dixit
et sicud non est nate de hoc quod p
vidit deus ipsum prouidisse illud enim
nulla prouidit quorum utrumque pos
sibile est ipsum non prouidisse et de
sua simili sed sicut de verbo sen

Aulis inspu

dictione ipsius. Visum est ipsum ab
eterno multa dixisse quorum vnumquodque
possibile est quod ipsum non dixerit
Quemadmodum etiam dixi tibi Ca
uendum esse ab vniuersitate et particula
ritate et compositione atque diuisi
one et aliis et ideo in sermonibus lo
quium de prudencia creatoris. Sic
in similibus locucionibus ita ver
bum eiusdem vel dictione tibi ca
uendum est in similibus sermonibus
Et ut clariora fiant tibi que au
diuisti. dixi circa verbum creatoris
et prudenciam intende diligenter in
exemplum quod propono tibi. Si quis
dixit de duobus oppositis contingentibus
quorum natum est semper alterum esse verum
hoc est verum demonstrato eo quod est
verum et firmauit intencionem
suam in hoc quod aliud non demonstraret
manifestum est ipsum non posse menti
ri hac oratione hoc est verum in hac in
tencione quam dixi causam pos
sibile est non esse verum id de quo dicit
hoc est verum quamuis de utroque possibile est
ipsum non esse verum. Cum secundum
posicionem istam utrumque contingens
sit quanto forcius non debet esse mira
bile deum non posse mentiri ver
bo suo licet multorum quibus eorum que
dicit vel dixit possibile sit non
esse verum. Causa autem in hoc est
quoniam quemadmodum intencio vel de
monstracio ipsius non cadit nisi super
illud de duobus quod est verum. Sic
et locucio vel hoc verbum ipsius quod
est hoc est verum non potest esse
falsum vel falsa licet falsum esse possit
quod per eam significatur. Si si falsum esset
non significaretur per eam vel per illud

Rem

quanto forcius igitur verbum dei esse
falsum non potest licet multa sint
ei que possibile est esse falsa. Eui
dencius autem erit in contingentibus
si dixero de morte vel vita alicuius
lta erit de isto cras demonstrato id
quod erit de morte vel vita eius
nescio tamen quid erit hoc est an
moriatur an viuat. Sed illud quod erit
demonstratio. Vides hic manifeste
quia non possum mentiri et ver
bum meum verum est quidquid ac
cidat de morte vel vita eius. Sic
verbum dei non cadit nisi super ea que
vera sunt aut vera futura vel preterita.
Secundum audiuisti de prudencia prius
et sicud hoc eodem verbo si hoc erit
si aliud esse futurum de vita vel mor
te istius dicerem id fore. Sic est et
de verbo dei quantecumque in rebus
tam longe ab inuicem distantibus
factum est vel dicta vel in verum solitu
dine quia creator vnitus eodem
verbo omnia que dixit hoc esse futurum
quod reuera est futurum dixisset illud
ipsum non esse futurum si in veritate
non esset futurum et illo vnico verbo
dicta sunt omnia que omnibus contin
gentibus mutabilia sunt quod non error
que predixi

Quia non error que predixi
tibi de durabilibus et muta
bilibus occasione ha
buisse videtur ex hoc quia immutabi
lia fuerunt vera ab eterno et per primas
quas condidit ~~creaturas~~ aut eciam vera
sunt veritate que erat et que
erat in eis aut non. Si sic igitur erat
veritas eorum et erat in eis erant igitur
et ipsa. Cum in non entibus non veritas

exem

non aliud esse possit. Quod vero non erat
veritas eorum non erat in eis quo igitur
vera erant ea veritate que nec erat
nec erat in eis. Hoc enim ita dici videtur
ac si diceretur quod aliquid erat
album albedine que nec erat nec
erat in eo. Nec minorem forte diffi-
cultatem habet sermo quo dicuntur ve-
ra esse ea que desiderata sunt quo-
rum nulla sive contingentia, quid enim
verum est solem esse oriturum cras si
veritas eius non est. Non aliter ut
videtur quam si diceretur Socrates esse philosophus
aut sapiens sapientia vel philosophia que
non est. Et si dixerit quia veritas
illa futura est hoc est ac si diceretur quod
Socrates est sapiens sapientia que non
dum est sed futura est. Similiter dico
quia veritas illa est verbi gratia et
non potest dici quod in sole cum etiam
si sol non esset dummodo cras esset ori-
turus verum esset enunciatio qua
dicitur cras orietur. Et si voluit
de hoc aliquis imaginari quia sol est corpus
hoc habet veritas illius enunciationis sub-
iectum in quo sit et a quo sustentetur
erit multa imbecillitate intellectus
deseret enim eum ista solucio. Si dix-
eris ei aliqua dies preterita que modo
non est vel aliqua dies erit que
non dum est et manifestum est tibi
quia neutra istarum enunciationum
habet subiectum quod non sit. Verum nobis
subiectum in quo sit veritas cum neutr-
ius subiectum sit expugnatam quidam
vel hys vel similibus rationibus et imbecil-
litate intellectus deficientes ab inde-
acione veritatis et eiusdem variam

tamquam certa et exitabili non invenien-
tes dixerunt primam veritatem esse
qua vera sunt omnia huiusmodi. Hic autem
error destruetur per ea que audivi
tibi. Hec prima est. Aut enim intelli-
gunt quod prima veritate vera sunt omnia
huiusmodi formaliter aut effective quod est
verum. Cum aut intelligunt quod per hoc
nomen vera predicetur prima veritas est
que non est nisi creator benedictus
et tunc ponent eam communitate
in omni vero aut intelligunt quod per hoc
nomen vera predicetur quidam effectus prime
veritatis cadens super omnia ve-
ra quemadmodum lumen sparsum
a sole super omnia illuminata ab ipso.
Et manifestum est intelligentibus
quia veritas huiusmodi lux est intelli-
gibilis adiutrix nostri intellectus
quemadmodum lux corporalis adiutu-
tem nostram visibile et propter hoc omne
et sol verum sensibile est nobis quemad-
modum solum lucidum actu vel
illuminatum visibile. Veritate igitur ha-
bent ponere prime veritatis certa
secundum intentionem hanc in omni-
nibus entibus cum inmutabiles sive
tam corporales quam spirituales ut
actiones et passiones earum atque
habitus futuri sint et nondum tamen
verum est de qualibet earum cum hec res erit
quarumque earum determinata hanc rem
aut fore nichil est quod subiectum
huiusmodi enunciationis non est neque
predicatum fore enim predicat esse quod
non dum est. Quod neque compositio est
subiectum et predicati sive non entia
cum illa nullo modo iuncta sint que esse

prima vero est veritas
veritas omnium

reali et sedm veritatem primo reuera
diuisa quam reuera h res non est
vel non dum est quare rem hanc
fore de non entibus est et ante
verum hanc rem fore sedm intel
lectionem ponam huiusmodi nois
verum qua dicit primam verita
tem in eo de quo predicat Et quia
prima essencia erit in hoc non ente
et in omni sili non propter hoc sim
non ente Cuius autem intelligat
h quod non sit in non ente Non enim
liquor in vase quod non est neque aia
in corpore quod non dum non est neque
scia in aia que non est que nullum
genus rerum potest cogitari
in aliquo quod non sit Amplius manu
festum est multa et in mundo esse
vera que post esse falsa et econuerso
quod si contingeret recedet ab eis pri
me veritatis essencia et intraret
opposita eorum quasi ergo locum muta
re vel habitaculum sequeretur eam ex
hoc Amplius sequeretur manens in conue
niens quia vel falsitate vel alio
illum expellente fugabitur a vero
in quo erat tamen quod non potens
ibi remanere non enim potest rema
nere veritas ubi iam erat falsitas
Amplius siue falsitas aliquid sit si
ue nichil impossibile est quod expellat
primam veritatem Si enim aliquid
est impossibile est ut sic ei fortitu
dine comparabil quod igitur expelleret
per ipsam si nichil est falsitas cum vel
to minus poterit contra prima veritate
super h in verumes et alia inconuenien
